Mont

3/-

[illegible]

ANTIMACHI COLOPHONII

RELIQUIAS

PRÆMISSA DE EIUS VITA ET SCRIPTIS DISPUTATIONE

COLLECTAS EXPLANAVIT

HENR. GUIL. STOLL,

PÆDAGOGII DILLENBURGENSIS COLLABORATOR.

DILLENBURGI

APUD ED. PAGENSTECHER.

MDCCCXLV.

TYPIS E. WEIDENBACHII DILLENBURGENSIS.

F. G. SCHNEIDEWINO

PRAECEPTORI MIHI MAXIME VENERANDO

SACRUM.

Ante hos quattuor annos quum Te auctore et adiutore, Vir Doctissime, in obitum Odofredi Muelleri, immortalis memoriae viri, Animadversiones meas conscriberem: simulatque otium nactus essem, omnia quae Antimachi fragmenta ad nos pervenerunt, uno libro comprehensa accuratius perscrutari atque disponere statim mecum constitui. Quum enim Antimachum magna apud veteres fuisse vi et auctoritate, nec profecto infimum inter poetas epicos Graecorum locum tenuisse perspexissem, qui maiori cum cura pertractaretur accuratiusque cognosceretur praeter ceteros dignus mihi videbatur; praesertim quum a recentioribus viris doctis plus iusto neglectus sit et e memoria depositus. Nam inde a Schellenbergii, primi editoris, tempore fere nemo extitit, qui peculiarem in Antimachum operam singulareque studium conferret; sed singula singuli hic illic de eius fragmentis annotarunt, vel epicorum, ut Duentzerus, lyricorumve, ut Bergkius, poematum Antimachi rationem habuerunt. Unus Duebnerus Antimachi omnia fragmenta colligere et explicare studuit; neque tamen a viro solertissimo Antimachus omnibus numeris atque partibus est absolutus. Quam ob causam quum ipse accuratiorem Antimacheorum editionem agitare suscepissem, reliquo-

rum quidem libri haud parvo mihi fuerunt adiumento, sed praecipue egregia Schellenbergii editione mihi nitendum fuit, qui magna cum diligentia et cura, quae de Antimachi poesi tradita sunt, composuit et fragmenta tum temporis cognita non vulgari sagacitate explanavit. Quae ipse in Animadversionibus meis tractavi, ea, quum in absoluta Antimachi editione nihil liceat deesse, magnam partem hoc in libello fere ad verbum mihi repetenda esse putavi; alia, quum iam aliter de eis vel accuratius edoctus sim, correxi et auxi. Qua in re Godofr. Hermanni et Theodori Bergkii, Virorum Doctissimorum, qui in epistolis ad me perhumaniter missis multis de rebus in Animadversionibus meis non satis feliciter tractatis deque aliis locis Antimacheis suas sententias mecum communicaverunt meque meliora docuerunt, liberalitatem atque humanitatem gratissimo animo prosequi debeo. Quae Virorum Summorum comitas Tuaeque adhortationes et consilia, ut rem susceptam persequerer, acrius diligentiusque mihi excitarunt studium. Quod autem assecutus sum, hoc, praeceptor dilectissime, qualecunque est, grati animi accipias documentum.

Dillenburgi anno MDCCCXLIV.

DE

ANTIMACHI VITA ET SCRIPTIS

DISPUTATIO.

Pauca de Antimachi vita antiquitus tradita accepimus, et ea maximam partem parum certa dubitationibusque obnoxia plurimis. De tempore quo vixerit poeta princeps locus est apud Diod. Sic. XIII, 108. *Μικρὸν δὲ τῆς εἰρήνης ὕστερον ἐτελεύτησε Δαρεῖος, ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, ἄρξας ἔτη δεκαεννέα· τὴν δὲ ἡγεμονίαν διεδέξατο τῶν υἱῶν ὁ πρεσβύτατος Ἀρταξέρξης, καὶ ἦρξεν ἔτη τρία πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα· καθ᾽ ὃν δὴ χρόνον καὶ Ἀντίμαχον τὸν ποιητὴν Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖός φησιν ἠνθηκέναι.* Apollodorus igitur Atheniensis in Chronicorum opere (vide Heynium ad Apollod. frr. p. 1089.) circa finem dicit belli Peloponnesiaci, i. e. circa Ol. 94 Antimachum floruisse [1]). Hac re cognita, quoniam scire quo tempore scriptor viguerit primum est, non valde est dolendum, quod neque ortus neque mortis poetæ tempus exploratum habemus; at si illo indicio ductus annum natalem Antimachi investigare velis, incideris cum Schellenbergio circiter in Ol. 83. Sic Platonis Antimachus fit aequalis, sed ita, ut ille iuvenis esset, quum Antimachus iam esset aetate provectior. Vide Suidam s. v. *Ἀντίμαχος*, quem locum totum apposuimus: *Ἀντίμαχος Κολοφώνιος, υἱὸς Ὑπάρχου, γραμματικὸς καὶ ποιητής. Τινὲς δὲ καὶ οἰκέτην αὐτὸν ἀνέγραψαν Πανυάσιδος τοῦ ποιητοῦ, πάνυ ψευσάμενοι. Ἦν γὰρ αὐτοῦ ἀκουστὴς καὶ Στησιμβρότου. Γέγονε δὲ πρὸ Πλάτωνος.* Quem locum non sine mendis exscripsit Eudocia. De Platone adolescente cum

---

1) Libro *Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή* inscripto, ubi ad Ol. 93, 4. legitur *Ἀντίμαχος ποιητὴς ἤκμασεν*, nulla hoc loco auctoritas est. quum Scaligerum eius auctorem esse constet. Wolf. Ep. ad Schellenb. p. 124. Clinton. Fasti Hellen. p. XXV. Krueg.

Antimacho aetate maiori familiaritate coniuncto et poemata eius prae Choerili Samii carminibus laudante et magni aestimante complures apud veteres ferebantur historiolae. In quibus quae traditur a Cicerone, Antimachum, quum Athenis convocatis auditoribus legeret Thebaidem suam et eum legentem omnes praeter Platonem reliquissent, dixisse: »Legam nihilominus, Plato enim mihi unus instar est omnium milium,« satis nota est [2]). Plutarchus [3]) tradit Antimachum, quum cum Nicerato quodam Heracleota Lysandriis, quae in insula Samo Ol. 94, 1. celebrabantur, carmine in laudem Lysandri composito certans inferior discessisset, iniquum Lysandri iudicium aegre ferentem poema suum delevisse; Plato autem, tum temporis iuvenis et Antimachi carmina admiratus, solatium poetae indignabundo attulit ignorantibus dicens ignorantiam esse malum sicut caecis caecitatem. His adiungimus, quae teste Proclo [4]) Heraclides Ponticus narravit, Platonem Choerilo Antimachum prafeerentem, ut Colophonem profectus

---

2) Cic. Brut. c. 51. Non posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum, clarum poetam, ferunt, qui cum convocatis auditoribus legeret magnum illud quod novistis volumen suum et eum legentem omnes praeter Platonem reliquissent: »Legam,« inquit, »nihilominus, Plato enim mihi unus instar est omnium milium.«

3) Plut. Vit. Lysand. XVIII. *Ἀντιμάχου τοῦ Κολοφωνίου καὶ Νικηράτου τινὸς Ἡρακλεώτου ποιήμασι Λυσάνδρια διαγωνισαμένων ἐπ' αὐτῷ τὸν Νικήρατον ἐστεφάνωσεν· ὁ δ' Ἀντίμαχος ἀχθεσθεὶς ἠφάνισε τὸ ποίημα. Πλάτων δὲ νέος ὢν τότε καὶ θαυμάζων τὸν Ἀντίμαχον ἐπὶ τῇ ποιητικῇ βαρέως φέροντα τὴν ἧτταν ἀνελάμβανε καὶ πάρεμυθεῖτο τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι φάμενος τὴν ἄγνοιαν, ὥςπερ τὴν τυφλότητα τοῖς μὴ βλέπουσιν.*

4) Proclus in Plat. Tim. I. pag. 28. med. *Εἴπερ τις ἄλλος καὶ ποιητῶν ἄριστος κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίστησιν. Ἡρακλείδης γοῦν ὁ Ποντικός φησιν, ὅτι τῶν Χοιρίλου τότε εὐδοκιμούντων Πλάτων τὰ Ἀντιμάχου προὐτίμησεν καὶ αὐτὸν ἔπεισε τὸν Ἡρακλείδην εἰς Κολοφῶνα ἐλθόντα τὰ ποιήματα συλλέξαι τοῦ ἀνδρός. Μάτην οὖν φληναφοῦσι Καλλίμαχος καὶ Δοῦρις, ὡς Πλάτωνος οὐκ ὄντος ἱκανοῦ κρίνειν ποιητάς.* Respicere videtur Proclus ad Callimachi iudicium: *Λύδη καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν.* (fr. 441.)

Antimachi carmina colligeret, sese cohortatum esse. Eis narrationibus quantum tribuendum sit doctissime exposuit Welckerus, V. Cl., in Epic. Cyclo p. 105 sqq. Quum enim veteres constet eiusmodi fabellis et apophthegmatis magnopere delectatos esse et multas diversis ex causis de claris viris finxisse res commenticias, fidenti animo historiae auctoritatem eis attribuamus valde cavendum est. Platonem, quum Choerilus illo tempore maximo in honore esset, Antimachi carmina prae illius poesi laudasse, hoc, Platonis animi ingeniique indolem si consideramus, quominus ut satis certum ac verum accipiamus, nihil nos impedit. Nam quum in Gorgia et Menexeno oratores, qui nimii erant in civium laudibus, vituperaverit Plato, idem poetas, qui res a civibus praeclare gestas laudibus efferunt eorumque animos ad vanitatem inflant atque superbiam, certe non comprobavit. Quum vero Choerilus in Perseide sua res ab Atheniensibus bello Persico gestas miris laudibus praedicasset, maxime Athenis honoratus et ornatus est; Antimachus contra, qui a rebus sui temporis vel modo actis remotus ad antiquissimas rediit fabulas et cum doctrina eas tractavit, populo quidem frigebat, a doctis autem viris magni poterat aestimari. Illam igitur sententiam de Antimacho poeta Choerilo praestantiori revera a Platone latam esse existimamus. Postea quum uter altero potior esset, Choerilus an Antimachus, Alexandrino tempore inter viros doctos acriter certaretur, alteri ut Antimachum unaque Platonem bene de eo poeta iudicantem carperent eisque obtrectarent, alteri ut eos defenderent vel Antimachi auctoritatem Platonis iudicio augerent, eius generis fabellas finxerunt. Inter Antimachi columniatores erant Callimachus et Duris Samius, in quos Proclus l. l. invehitur. Ex Duride, scriptore haud magnae fidei et auctoritatis, Plutarchum narrationem illam de Antimachi et Nicerati certamine hausisse Welckerus putat, confictam ad carpendos et Platonem et Antimachum. Nam Platonem Lysandriis in patriae suae victoris honorem celebratis interfuisse, summo hoc ei fuit dedecori; neque a Nicerato, poeta ignobili et obscuro, eo ipso tem-

pore, quo maxime floruit, Antimachum superatum esse, ad eius laudem multum contulit. Niceratus autem sine dubio fuit idem, quem teste Aristotele Rhet. III, 11. Thrasymachus Philoctetam dixit a Pratye morsum, quum eum conspexisset *ἡττημένον ὑπὸ Πράτυος ῥαψῳδοῦντα, κομῶντα δὲ καὶ αὐχμηρὸν ἔτι.* Hac in narratione Plato adolescens, in Ciceronis fabella aetate iam provectior Antimachum solus consolatus esse traditur; nam eo tantum tempore, quo Plato gloria floreret, Antimachus potuit dicere: »Plato mihi unus instar est omnium milium.« Quare quum bis diversissimis temporibus pari ratione Platonem Antimacho solatium attulisse vix credi possit, Ciceronis non plus quam Plutarchi narrationi fidei tribuimus. De poematum recitationibus multa, quibus aut poetae exagitarentur aut eorum obtrectatores confutarentur, apud veteres fingi solebant. Sic etiam Ciceronis fabella eo consilio excogitata videtur, ut Antimachus Platonis iudicio defenderetur, vel ut et Antimachi Thebais propter molestiam et taedium, quod auditoribus exhiberet, et Platonis iudicium carperetur. Non minus studii animadvertimus in Heraclidae Pontici narratione a Proclo relata, qui eo loco Platonem carminum aestimatorem doctum atque intelligentem fuisse argumentis ex ipsius scriptis sumptis demonstrare studet contra Duridem et Callimachum.

Patriam Antimachi Suidas et fere omnes, qui eius mentionem faciunt, Colophonem, Ioniae urbem, dicunt. Ovidius (Trist. I, 6, 1.) Clarium eum nominat. Etiam in Ciceronis loco supra citato editiones olim tenebant: Antimachum, Clarium poetam; at omnes codices praebent clarum poetam. Restat igitur, qui Claro urbi Antimachum addicat, solus Ovidius, cui utpote poetae minus accurate loquenti patriae honorem a Colophone ad Clarum, urbem in Colophoniorum finibus sitam et oraculo suo maxime celebratam, transferre licuit. Ratione plane opposita Nicander, qui se ipse e Claro urbe originem traxisse testatur [5]), et Apollo

5) Nicand. Ther. vers. ult. cf. Dionys. Phasel. in Vita Nicandri.

Clarius [6]) a pluribus Colophonii nominati sunt. Eadem Antimachi esse potuit causa, ut Clari natus propter artam earum urbium coniunctionem Colophone oriundus diceretur; sed quum unus ille poetae locus parum habeat auctoritatis, non possumus non Colophoni urbi Antimachum adiudicare. Hac in urbe, etsi diversa Graecorum loca eum verisimile est adisse, Antimachum maximam partem degisse ut pro comperto accipias, possint te commovere Hermesianactis versus Leontii III, 41 sqq. [7]), quibus Antimachum Lydae puellae amore captum Sardis se contulisse tradit; ubi quum aliquod per tempus cum illa vixisset, amica mortua Colophonem eum reversum componendo poemate elegiaco, cui Lydae nomen erat, dolorem leniisse. Quamquam qui poetae illius rationem cognoverit, ei non parvam haec historiola lusus poetici mo-

---

6) Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 70.

7) Apud Athen. XIII, 596. F.

Λύδης δ' Ἀντίμαχος Λυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
πληγεὶς Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ·
** Δαρδάνη δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν*
** καλλιωναιζαον δ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν*
ἄκρην ἐς Κολοφῶνα· γοῶν δ' ἐνεπλήσατο βίβλους
ἱρὰς, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

Versus 3 et 4. mirum quantum corruptos VV. DD. diversissimo modo corrigere studuerunt. Vide in Schneidewini Delect. I. p. 152. codicum lectiones criticorumque tentamina, ex quibus Hermanni scriptura

Σαρδιανὴν δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν,
Τμῶλον αἴζαον δ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα —

licet de verbis ipsis dubitemus, sententiam tamen versuum veram restituere nobis videtur. Bergkius in Commentationum critt. specimine hoc anno edito p. 10 sqq. ingeniose correxit:

Δαρδανίη δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
κλαίων, Αἰζάνιον δ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν
ἄκραν ἐς Κολοφῶνα —.

Ἀζανοί sive *Ἀζάνιον* teste Steph. Byz. urbs est Phrygiae, quae terra nomine Dardaniae latius patente potuit significari. »Quae si recte emendata sunt, apparet Antimachum cum Lyde coniuge (Plut. Cons. ad Apoll. p. 106.) se Azanos ad Olympum montem contulisse, sive quod ibi rerum suarum domicilium collocaturus erat, sive quod forte peregre profectus illuc venerat; mortua autem Lyde rediisse in patriam Colophonem.«

vebit suspicionem, nonnulla tamen, quae veritatis auctoritatem teneant, in ea latere oportet. Quare praeter cetera ea, quae de Antimacho Colophone degente dicta sunt, in fictis habere non licet. Ex reliquis hoc certum est, Antimachum in amore habuisse Lyden quandam, quam mortuam carmine elegiaco, Lydes nomine inscripto, celebrarit [8]). Quae ea fuerit Lyde non constat. Verisimilius est amicam eam fuisse Antimachi; Plutarchus [9]) religione quadam commotus videtur; ut uxorem eam poetae fingeret. Hermesianactem autem Lydae puellae nomen induxit, ut nomen ad gentem transferens Lydiam eius patriam diceret. Firmatur ea nobis opinio patronymico Lydae addito *Λυσηΐδος* vel potius *Λυδηΐδος*, quod et ipsum ab Hermesianacte confictum est. Qua re sumpta Sardis Antimachum profectum esse statuit poeta, et quum in poemate illo elegiaco de Lydae morte Antimachus conquestus esset, Colophonem eum reducem, ut dolorem mitigaret, Lyden carmen composuisse voluit. Cui fabulae commenticiae posteriores fidem addiderunt; quam ob causam Asclepiades [10]) Lyden facit de se dicentem: *Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα.* Hermesianactis autem audaciam superavit Clearchus, qui in Eroticis suis Antimachum et Lamynthium Milesium eandem Lyden barbaram amavisse commentus est, quod uterque poema composuit Lyde inscriptum, alter elegiacum, alter melicum [11]).

Suidas Panyasidis et Stesimbroti discipulum Antimachum exhibet. Sed si veterum studium perpendimus, quo eos, quorum in operibus et studiis similitudinem quandam videbant, scholae vel cognationis vel similibus vinculis coniungebant, illius rei auctoritas valde infirmatur, praesertim quum inter Panyasin et Antimachum haud parvum temporis spatium intercedat. Panyasis enim quum circa Ol. 82 interfectus sit [12]),

---

8) Vide quae infra de Lyde carmine dicuntur.
9) Plut. Consol. ad Apoll. p. 106. B. Verba infra attulimus p. 11.
10) Asclepiades in Anthol. Palat. IX, 63. Vide infra p. 10.
11) Athen. XIII. p. 596. F.
12) Vide Eckstein. in Ersch. et Gruber. Encycl. s. v. Panyasis.

eo tempore, quo Antimachus in lucem prodiit, illum iam vita defunctum esse verisimile est. Sed quum Antimacheae poeseos genus multum cum Panyaside similitudinis haberet et Antimachum in nonnullis rebus fortasse anxium eius sectatorem vidissent posteriores, ut ei obtrectarent, servum Panyasidis eum dixerunt. Posteriori enim tempore, id quod infra videbimus, multi fuerunt, qui de Antimachi laudibus detraherent. Suidas autem vel priores, e quibus hausit, quum illud traditum accepissent, ita interpretati sunt, ut discipulum eum Panyasidis, non servum statuerent. Stesimbrotus autem Thasius, Periclis aequalis[13], qui allegorica Homeri interpretatione usus est, si tempus respicimus, Antimachi praeceptor esse potuit; sed propterea tantum cum Antimacho compositus videtur, quod eisdem quibus ille studiis deditus fuit.

Haec de Antimachi Colophonii vita tradita habemus, pauca atque incerta. Omnes autem, qui inter Graecorum scriptores afferuntur, Antimachos Colophonius celebritate et gloria facile superavit. Antimachum Teium, epicum poetam, cuius unum versiculum Clemens Alexandrinus[14] conservavit, commemorat Plutarchus[15]. Alius Antimachi, lyrici poetae, mentio fit ab Aristophane in Acharnensibus v. 1149. qui

---

Tzschirneri (Panyas. p. 17.) rationes, quibus ut Suidae verbis fidem faciat Antimachi et Panyasidis vitas quam maxime potest extendere et inter se connectere studet, diluisse mihi videor in Bergkii et Caes. Diarr. Antiqu. 1844. N. 57.

13) Athen. XIII, 589. E. De Antimacho et Stesimbroto Thasio in Homericis studiis versantibus vide Tatian. Orat. adv. Graec. §. 48. p. 160. ed. Paris. *Περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου, καθ᾽ ὃν ἤκμασε, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι μὲν Θεαγένης ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ Καμβύσην γεγονώς, καὶ Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος Ἡρόδοτός τε ὁ Ἁλικαρνασσεὺς καὶ Διονύσιος ὁ Ὀλύνθιος.* Quem locum exscripsit Euseb. Praep. Ev. X. p. 491. ed. Viger. Stesimbroti potissimum exemplum effecisse videtur, ut Antimachus recensendis Homericis carminibus manus admoveret.

14) Clem. Alex. Strom. VI. p. 622.
Ἐκ γὰρ δώρων πολλὰ κάκ᾽ ἀνθρώποισι πέλονται.

15) Plut. Vit. Romul. XII.

pari modo, quo ibidem v. 1131. *Λάμαχος ὁ Γοργάσου* et 853. *Κακόζων ὁ Τραγασαίου* dicuntur, propterea quod auditores sputo aspergere solitus sit, *τὸν Ψακάδος* eum per ludibrium nuncupat. Eundem ex Aristophane, cognomine *Ψεκάς*, et Antimachum Heliopolitanum Aegyptium, qui *Κοσμοποιΐαν* composuerit, citat Suidas. Sed omnium eorum poetarum memoria apud posteriores ita oblitterata est, ut quae fragmenta sub Antimachi nomine simpliciter afferuntur, ea abiecta omni cunctatione Colophonio adscribere liceat.

Transimus ad Antimachi poemata, quorum princeps ac prae ceteris clarum fuit Thebais, carmen epicum. Descripta continuit bella ab Adrasto contra Thebanorum urbem gesta. Schellenbergio, qui prius tantum bellum Thebanum ab Antimacho hoc poemate conditum fuisse statuit, praecipue opponendus est versus Horatianus, cui parum ille auctoritatis tribuit, A. Poet. 146:

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri.

Hunc enim versum ad Thebaidem Antimachi referre nos iubent verba Porphyrionis Scholiastae ad h. l. »Antimachus materiam suam sic extendit, ut viginti quattuor volumina impleverit, antequam septem duces ad Thebas perduxit.« Neque minus ad Thebaidem Acronis scholion eidem versui adscriptum spectat: »Antimachus reditum Diomedis narrans ab exordio coepit, i. e. ab interitu Meleagri.« Quibus ex verbis si reditum Diomedis argumentum poematis cuiusdam Antimachei capitale velles extricare, spinas velleres. Quum Horatius reditu Diomedis et interitu Meleagri Thebaidis fines solum constituerit, Scholiasta verba eius breviter tantum explicans rem obscurius expressit. Meleagri igitur interitu et Diomedis reditu Thebaidis fines indicantur; sed utrum a Thebis an a Troia Diomedem reducem intelligamus, dubitari potest. At si Diomedis a Troia diruta reditum Antimachi Thebaidem terminasse statueremus, non solum duo bella Thebana, sed etiam Troianum hoc poema comprehenderet, qua condicione rerum contextum atque unitatem poemati epico deesse neque titulum cum rebus tractatis con-

gruere quisque videbit. Quam culpam quum Antimacho, poetae haud mediocri, assignare non liceat, bella tantum Thebana in illo poemate infuisse et reditum Diomedis cum significari apparet, quo secundo bello Thebano finito domum perrexerit. Neu quem fr. LXXII, in quo Pelides in Troianam terram primus e Graecorum navibus desiliens memoratur, sollicitet moneo. Nam quum Scholiasta Lycophronis, qui illud fragmentum laudat, certum unde haustum sit Antimachi librum non indicaverit, ex alio quodam eius poemate istos versus sumptos esse censemus. Nisi forte in comparatione aliqua locum habuisse arbitratus Thebaidi reliqueris. Bella Thebana, id quod ex titulo apparet, principale carminis fuerunt argumentum, ad quod priusquam accederet canendum, ab ultimo initio poeta rem repetiit. Rediit igitur ad interitum Meleagri, quo Tydeus ex Aetolia Argos confugere coactus est, et ad Polynicis fugam in eandem urbem susceptam, cuius rex Adrastus utrumque hospitaliter exceptum sese in patriam reducturum esse pollicetur. Itaque suscipitur Adrasto duce prius bellum Thebanum, quo omnium praeter Adrastum heroum cum pernicie confecto, eodem duce alterum bellum a caesorum filiis sive Epigonis Thebanis infertur. Thebis captis et imperio Thersandro, Polynicis filio, tradito etiam Diomedes in patriam et paternum regnum reducitur. Diomedis autem reditum carmen finiisse et compositionis arti convenit et ex verbis Horatianis supra allatis perspicitur. Hac ratione exitus consentit cum initio et totum argumentum in circulum quasi redigitur, ut quibus Tydeus et Polynices patres privati erant regnis, ea filii recuperent; qua in re coniunctio atque oppositio cum Tydei et Polynicis, tum Diomedis et Thersandri aptam efficit poematis compositionem [16]).

Harum autem rerum, quas generaliter disputantes ex Horatiano praesertim loco eiusque Scholiastis demonstravimus, fides augetur fragmentis Antimachi conservatis. Frr. XLVI et XLVII, in quibus Idas, pater Cleopatrae Meleagri a Tydeo

16) Cf. Welcker. Cycl. epic. p. 103.

occisi uxoris, memoratur, ad Meleagri mortem pertinere et in initium poematis releganda videntur. Fr. IX. *ἀσπασίως τέ σφω ἄγεν οἴκαδε* intelligimus de Adrasto Polynicem et Tydeum se in patriam reducturum pollicente. Etiam Diomedes, qui in secundi tantum belli Thebani enarratione potuit proponi, occurrit in fr. XLVIII. Qua autem ratione atque ordine singula totius carminis poeta disposuerit, hoc frustra cognoscere studebis. Sed initium poematis quomodo adornatum fuerit, satis certo nobis constituere posse videmur. Perspicimus enim ex Athenaeo, fragmenta XVI—XXI. ex quinto Thebaidis libro citante, in primis quattuor libris expeditionem contra Thebas priorem descriptam non fuisse. De quo enim convivio ab Adrasto regibus Argivorum in suis ipsius aedibus parato in illis fragmentis sermo est, id expeditionem illorum heroum antecedere necesse est. Priorem autem contra Thebas profectionem intelligendam esse facile concludimus de Antimachi prolixitate et ambagibus veterum testimonia recordati. Itaque in primis quattuor libris quae Tydeum et Polynicem ad fugam commoverint res eorumque antecedentium temporum fortuna et praeparationes ad priorem expeditionem Thebanam factae expositae videntur. Sed quum iam in primo libro Tydeum et Polynicem ab Adrasto exceptos esse fr. IX. declaret, in sequentibus utrumque suam fortunam suaeque patriae condicionem Adrasto enarrasse coniicimus.

Accedimus ad Lyden, Antimachi poema elegiacum apud veteres celeberrimum, de quo Asclepiades scripsit 17):

Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα· τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου
Σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ δι' Ἀντίμαχον.
Τίς γὰρ ἔμ' οὐκ ᾔεισε; τίς οὐκ ἀνελέξατο Λύδην,
Τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Nam id epigramma non in Lydae puellae, sed in ipsius potius poematis laudem compositum est. Quamquam Herme—

17) Anthol. Palat. IX, 63. Meinek. Delect. Anthol. graec. Asclep. Nr. 35.

sianactis fabula de eius carminis origine historiae fidem non habet, hoc tamen certum est, ut a Nanno Mimnermi, a Leontio Hermesianactis carmina [18]), sic a Lydae cuiusdam Antimacho amatae nomine Antimacheum poema titulum sumpsisse. Cuius poematis fragmenta nobis conservata cum eis, quae veteres scriptores de eo tradiderunt, quum conferimus, via satis certa eo pervenire nobis videmur, ut quid continuerit quaque ratione compositum fuerit perspiciamus. Plutarch. Cons. ad Apoll. p. 106. B. *Ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.* Quibus ex verbis elucet multorum heroicae aetatis hominum et fortasse deorum fata, praecipue adversa, Antimachum in Lyde pertractasse. Plutarcho autem fides additur eis quae tenemus fragmentis. Oedipodis fabulam in eo infuisse indicat fr. LV; fr. LVII. sumptum videtur ex narratione Proserpinae a Plutone raptae et a Cerere matre per orbem terrarum quaesitae. Argonautarum expeditionem et Iasonis Medeaeque amores in eo descriptos fuisse apertum est ex frr. LX—LXVII. Fr. LIV. quo referendum sit, manifestum quidem non est, sed heroicae alicuius historiae frustulum esse apparet. Eo accedit fr. LXVIII. recentiore tempore prolatum, quod ad Bellerophontem spectat. Haec sunt, quae ex fragmentis extricari possunt; sed multo plures fabulas illis libris comprehensas fuisse satis exploratum habemus. Quid enim Agatharchidem Cnidium, qui circa Ol. 160. vixit, commoverit, ut in epitomen poema redigeret? [19])

Iam vero si rationem, qua res a poeta in Lyde pertractatae sint, quaerimus, eodem fere modo, quo in Hermesianactis Leontio [20]), singulas fabulas sese excepisse verisimilli-

18) Athen. XIII, 596. F.
19) Phot. Bibl. Cod. CCXIII. p. 567. ed. 1653.
20) Vide Naek. Choeril. p. 73.

mum est. Sed hac praecipue re Antimachus ab Hermesianacte diversus fuisse videtur, quod argumentis suis accuratius diffusiusque enarratis ampliores fabulis fines constituit. Argonautarum enim expeditionem maxime eum dilatasse fragmenta manifestant, et quod distichon Oedipodis ad Polybum Laii bigas reducentis facit mentionem, ea longioris sine dubio descriptionis etiam orationes complexae particula est. Quae quum ita sint, quamquam primus et secundus tantum Lydae libri a scriptoribus eam citantibus commemorantur, hunc tamen numerum poema excessisse censemus. Quod ut statuamus non minus nos Antimachi nimia ubertas adducit, qua non solum Thebais, carmen epicum, sed etiam Lyde distincta fuisse videtur. Nam id quoque poema, quamquam elegiaco metro conscriptum, epica tamen fuit natura. Hanc inprimis ob causam Posidippus in epigrammate:

Νάννους καὶ Λύδης ἐπίχει δύο, καὶ φέρ' ἐραστῶν
Μιμνέρμου καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου.[21])

Lydae auctorem *σώφρονα* praedicavit, quippe qui non ut alii, inter quos Mimnermus, vehementiori animi motui sese tradidisset, sed ab omni animi concitatione vacuus res a se alienas sanus recensuisset. Quam eandem Antimachi rationem etiam Hermesianax verbis *ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου* significare videtur. Sed quamquam longe maior poematis pars heroicarum fabularum descriptionem continuit, hic illic tamen, et sine dubio in carminis initio, de suo in Lyden morte sibi ereptam amore infelici poeta locutus est. Ita enim cum Mimnermo Antimachus in Posidippi epigrammate supra memorato opportune componitur, et Ovidii versus:

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetae
Nec tantum Coo Battis amata suo[22])

expediuntur. Neque vero Hermesianactis verba *γόων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους* solum ad fata veterum heroum adversa possunt referri[23]).

---

21) Posidipp. Epigr. X. in Anthol. Palat. XII, 168.
22) Ovid. Trist. I, 6, 1.
23) L. Caecilius Minutius Apuleius in libello de orthographia a Fr.

Praeter Thebaidem et Lyden nonnulla alia Antimachi poemata a veteribus scriptoribus memorantur obscuriora. Athenaeus VII. p. 300. D. disertis verbis Antimachi citat *Δέλτους*, Pugillares, quod carmen alibi non commemoratum Antimacho nostro tribuere non dubitamus. *Δέλτοι* in Homeri Batrachom. 3. *εἵνεκ' ἀοιδῆς, ἣν νέον ἐν δέλτοισιν ἐμοῖς ἐπὶ γούνασι θῆκα*, significant chartas sive schedas, quibus poemata inscripta sunt. Duebnerus conferri iubet Callimachi *Γραφεῖον*, cuius notitiam cum fr. aliquot versuum ex codice eruit, *Καλλίμαχος ἐν τῷ καλουμένῳ γραφίῳ**). Quum

---

Osanno anno 1826 in Germania primum edito Lyden C. Proculi, Antimachi sectatoris, memorat. Verba haec sunt p. 11. §. 43. »Battus .... fuit .... Polymnesti filius, qui Cyrenen condidit; unde Cyrenenses poetae dicuntur Battiadae Herodio et Proculo et Proclo Pindari enarrationibus ** Callimachus ** Strabo item; sed et C. Proculus Antimachum secutus in opere de Lyde et ipse habet centum et quadraginta elegorum libris; unde »latus Antimachus« C. Melisso in libris iocorum dicitur.« Sic Osannus dedit, Antimachum bis Callimacho, qui legitur in codice, substituens. Sed N. Madvigius in praestantissima dissertatione »de L. Apuleii fragmentis de orthographia nuper inventis«, quae inest in eius Opusculis Academicis prioribus, hunc libellum docuit ab impostore quodam recentioris temporis maximam partem esse conscriptum, quam sententiam docte exornavit R. Merckelius Prolegomenis Ovidii Ib. p. 383 sqq. Perspicuis argumentis vir doctus demonstravit, tempore renascentium litterarum circa finem saeculi quinti decimi hominem non ineruditum — Coelium Rhodiginum censet Merckelius — arrepto loco de orthographia scriptorum librorumque nominibus corrasis vera falsis miscuisse, et quum quaedam orthographica ex exilibus sed non mendacibus Apuleii libellis sumpsisset, nomen quoque sibi idem fecisse, sed ornatius et sonantius L. Caecilii Minutii Apuleii. Ut praecipue ex Ovidii epistola ex Pont. 16 libri IV. scriptorem illum poetarum et poematum nomina incaute collegisse multis exemplis probat, sic ex eius epistolae v. 32. Callimachi Proculus molle teneret iter, verba supra allata, in quibus scriptor propter molle illud Callimachi iter argumentum elegiae graecum Proculo, sed ab Antimacho, non a Callimacho sumptum, dedisset, conficta esse facile nobis persuasit. C. Melissi autem libri iocorum orti sunt ex epistolae memoratae versu 30. Et tua cum socco Musa, Melisse, levis. — Ibidem p. 4. §. 4. citatur eiusdem Proculi Lyde. »Rhoeo, filia Staphyli et Chryseidis, sororibus Molpadia maior, Parthenia minor, quae ab Apolline compressa gravidaque facta a patre in arca inclusa est et in mare deiecta, in Delum appulit, filiumque genuit nomine Anium, qui clam ab Apolline alitus et divinitate donatus est.... C. Proculus in sua Lyde et Sextus Gracchus in libris Amorum historiam elegantissime exornarunt.« Sed quum Apuleii libro nulla sit fides, neque ex hoc neque ex altero loco quidquam de Antimachi Lyde colligere licuit.

*) Bergkius Comm. crit. p. 16. suspicatur *γρίφῳ*.

titulus, qui ad argumentum pertineat, huic Antimachi operi non sit inditus, diversissimas res poetam in eo tractavisse concludimus, ita ut non iniuria Schellenbergius cum eiusmodi libello contulerit, quem nostri vocant »poetisches Taschenbuch.« Versus hexameter, qui ab Athenaeo ex illo poemate affertur, aut heroico, aut, id quod probabilius est, elegiaco numero id conscriptum fuisse declarat.

Alius poematis Antimachei, cuius titulus non plane in aperto est, mentio occurrit in Et. M. p. 4, 6. *Ἀντίμαχος Ἰαχίνῃ· τοὶ δ' ἄρα οἱ κ. τ. λ.* Blonfieldii enim coniectura *Ἀντίμαχος· Ἰάχοντι δ' ἄρ' οἱ* accipienda non est. Quam ob rem Bergkii sententiam in Zimmermanni Diario antiq. [24]) proditam haud repugnanter amplectimur. Is enim in Et. M. corrigit *Ἀντίμαχος Καταχήνῃ*, nixus auctoritate Spartiani Vit. Hadrian. c. 15. »Famae celebris tam cupidus fuit, ut libros vitae suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit, iubens ut eos suis nominibus publicarent; nam Phlegontis libri Hadriani esse dicuntur. Catacrianos, libros obscurissimos, Antimachum imitando scripsit.« Quo loco quum in manuscriptis pro catacrianos legatur catachrianos, catacannas, catacainos, catacaumos, similia, probabile fit sub verbis illis corruptis latere vocem Catachenas. Quam ob causam poema sic inscriptum etiam Antimacho ascribere non dubitamus, quum non solum dicendi genere, sed etiam argumento et inscriptione operis Hadrianum graecum poetam imitatum esse verisimillimum sit. *Καταχήνην* autem, quae vox est apud Aristophanem[25]), interpretatur Hesychius *καταγέλασμα, μυκτήρισμα, ἐξουθένισμα* (sic scr. pro *καταγελάσῃ, μυκτηρίσῃ, ἐξουθενίσῃ.*). Itaque liber, cui *Καταχήνη* titulus inditus est, probrosus erat irrisionis et conviciorum causa contra poetas aemulos et obtrectatores conscriptus. Ex ipsis poematis verbis ab Etymologo allatis versus

---

24) II. 1835. N. 37. Confer. eiusdem Commentatt. Com. Att. Antiq. p. 143.

25) Aristoph. Eccles. 631. Vesp. 575.

dactylici natura elucet, neque iniuria, ut Callimachi Ibis elegiacum fuit carmen, ita hoc quoque ex distichis constitisse Bergkius contendit.

Lysandri Encomium Antimachum scripsisse, sed quum certans cum Nicerato inferior discessisset, poema delevisse, Plutarchus quamquam non certus auctor est [26]). Poema, cui nomen sit Artemis, propter Steph. Byz. *Κοτύλαιον· ὄρος Εὐβοίας ἀνακείμενον Ἀρτέμιδι, ὥς φησιν Ἀντίμαχος ἐν Ἀρτέμιδος β'*. Antimacho cave tribuas. Scribe cum Duebnero *ὥς φησιν Ἀρχέμαχος ἐν Εὐβοϊκῶν β'* vel *γ'*, secundum Harpocrat. s. v. *Κοτύλαιον*. p. 115, 4. — Callimacho epigramma, cui in Anthologiae Planudeae codice Palatino Antimachi nomen ascriptum est, adiudicamus [27]).

Haec de Antimachi carminibus. Restat, ut de grammaticis eius studiis in Homeri opera impensis pauca dicamus, de quibus, antequam scholia Veneta Villoisoni opera in lucem prodissent, multum dubitatum est. Wolfius in epistola ad Schellenbergium Antimachum grammaticum a Colophonio poeta plane discrevit, neque prius Villoisono, qui Antimachi Colophonii lectiones et has e duabus eius diversis recensionibus in codice Veneto Iliadis exhiberi in epistola ad Formeyum docuerat, fidem se habiturum declaravit, quam codice edito ipse de illa re sibi persuasisset. At postea, quum cum nonnullis aliis illius codicis scholia, quae complures Antimachi Colophonii lectiones Homericas continent, foras edita essent, libenter vir summus in Prolegomenis de priori sua sententia decessit; sed Villoisoni opinionem, duas Homeri recensiones Antimachum edidisse, facile correxit commutando Schol. (Bekk. A.) ad Il. XXIII, 604. *αἱ δὲ περὶ Ἀντίμαχον* in *οἱ δὲ περὶ Ἀντ.* Fides igitur redditur Suidae, qui Antimachum *γραμματικὸν καὶ ποιητὴν* fuisse auctor est, et Tatiani verbis supra laudatis [28]). E quibus perspicitur An-

---

26) Vide supra Not. 3.
27) Vide quae infra ad ipsum epigramma annotavimus.
28) Tatian. orat. adv. Graec. §. 48. p. 160. ed. Paris.

timachum etiam de vita aliisque rebus ad Homerum spectantibus conscripsisse libellum, quem eius editioni Homeri more grammaticorum praepositum fuisse veri haud absimile est. Hoc in libello memoria illa infuisse videtur, quam Anonymus de Homeri poesi Tom. V. p. 151. Opp. Hom. ed. Ernest. conservavit, Antimachum Colophoni urbi Homerum vindicasse [29]). Quas lectiones scholia laudata nobis conservarunt, omnes eae sunt Iliadis; sed etiam Odysseam ab Antimacho recensitam esse apparet ex Scholl. Buttmanni ad Od. I, 85.

Rationem qua Homerum tractaverit si quaerimus, veterum librorum auctôritatem in multis parum aestimantem et ad suum arbitrium cum audacia mutantem eum deprehendimus; quo praecipue pravis de grammaticis rebus et de Homerica dictione iudiciis et studio, ut perplexos Homeri et impeditos locos expeditiores et faciliores quasi redderet intellectu, perductus videtur. Quam rem in singulis lectionibus infra tractatis facile perspicies.

Quare quum magnam operam in Homeri studiis Antimachum consumpsisse videamus, in sua ipsius poetica ratione, de qua nunc nobis dicendum est, maxime ex Homero eum pependisse quum per se patet, tum ex fragmentis quae restant satis apparet. At quum temporibus mutatis etiam litterarum genera immutentur et suo quodque poeseos genus tempore certo floreat, poesis heroica posterioribus Graecorum aetatibus, quibus hominum mores a pristina simplicitate abalienati erant, ab Homero magis magisque discessit et indolem sui temporis induit. Itaque iam propter solam temporis quo Antimachus vixit naturam eius poesis Homericam artem simplicissimam et perfectissimam assequi non poterat. Sed etiam hoc ei maxime obstitit, quod eius aetate epica poesis populo minus probabatur et ad alia poeseos genera, lyricam et dramaticam, hominum animi sese converterant. Quam ob causam epicae spiritus atque vigor evanescere et id poeseos

---

29) Vide Nitzsch. hist. Hom. I. p. 104. Welcker. Cycl. epic. p. 184. O. Mueller. hist. litt. graec. Tom. I. p. 72 sqq.

genus in eruditorum manus transire coepit. Quod quum Antimachum fugere non posset, ut suo tempori responderet, novum quoddam poeseos epicae genus componere instituit, quod altera ex parte Homero quantum posset se applicaret, ex altera parte suo tempori conveniret. Quare omnino Homericum colorem conservans doctum atque artificiosum composuit carmen eiusdem generis, quod postea Alexandrini poetae eum secuti magis magisque excoluerunt. Ea poematum Antimacheorum indoles praecipue in dictione; id quod ex fragmentis apparet, conspicua fuisse videtur. Saepe enim Homerum fere ad verbum secutus (vide fr. XLVI. XLVIII. IL.) ex altera parte pristina simplicitate nativoque candore relicto insolentiorem et difficiliorem sermonem efficere studuit. Novas igitur verborum compositiones et conformationes quaerebat et suo arbitratu verborum significationes constituit. Quod partim ea re consecutus est, quod ex diversis dialectis et reliquis poeseos generibus verba in epicam poesin transferebat et antiquorum vocabulorum formas inusitatas minusque notas conquirebat. Qua re factum est, ut posteriores de glossis eius, quas *λέξεις* vocant Graeci, totos libros conscriberent[30]) et tot Antimachi verba Graecis minus usitata nobis conservarentur. Ad voces ab ipso Antimacho factas et compositas referimus *κυθώνυμος* (fr. LVI.), *ἀνατυπῶσαι* (LXXXVIII.), *ἑανηφόρος* (XC.), *ζειροφόρος* (XCIII.), *ἀμορφύνειν*, *ἀκαχύνειν* (CVIII.), *πωρητύς* (LII.), alias. In his numeres etiam a vulgari pronominum formatione declinationes, quas Apollonius (fr. IX — XIII.) conservavit, et nominativum *κάρηαρ* (CV.). Verba antiqua parumque nota sunt *κοία* (LXXXIII.), *κλύμενος* (LXXXI.), *φλοίειν* (XL.), *φή* (CII.), alia. Sed etiam voculas ab epico sermone alienas ex aliis dialectis eum sumpsisse et fragmenta et veterum scriptorum testimonia manifestant. Doricis formis eum usum esse videmus ex Schol. Nicand. Ther. 3. *Ἔστιν ὁ Νίκανδρος ζηλωτὴς Ἀντιμάχου· διόπερ πολλοῖς αὐτοῦ κέχρηται. Διὸ καὶ ἐν ἐνίοις δωρίζει,*

---

30) Suid. v. *Λογγῖνος.*

ὡς καὶ νῦν ἐν τῷ παιῶν· πηῶν γάρ ἐστι, ὅ ἐστι συγγενῶν. Cf. fr. V. et VI. *Δέπαστρον*, quod in fr. XVI sqq. legitur, teste Athenaeo Silenus et Clitarchus in Glossis Clitoriis attribuerunt; eidem vocem *κελέβη*, quam in *κελέβειον* declinavit Antimachus, aeolicam esse dicunt. Aeolica etiam vox est *ληχμός* (LXXIX.) teste Et. M. Quas easdem res a nobis notatas in Alexandrinorum carminibus facile animadvertes.

Eiusmodi verba verborumque coniunctiones multum eo contulerunt, ut sermo adipisceretur severiorem quandam naturam, ut vis eius et gravitas laudaretur et minime vulgare eloquendi genus [31]), quibus praeter ceteros Graecorum epicos distinctus fuit. Quae Antimachi natura, quam in eius laudem potissimum vertit Antipater Thessalonicensis [32]), austerum illud dicendi genus continet, cuius Dionysius Halicarnassensis [33]) exemplum Antimachum cum Empedocle, Pindaro, Aeschylo, aliis constituit. At si cum Homero Antimachi poesis comparatur, labor quidam, qui molestiam creat legentibus, in ea elucet, dum Homeri versus gravitate cum facilitate mixta suaviter atque iucunde fluunt [34]). Homeri

---

31) Quintilian. X, 1, 53.

32) Anthol. Palat. VII, 409.

Ὄβριμον εὐκαμάτου στίχον αἴνεσον Ἀντιμάχοιο
Ἄξιον ἀρχαίων ὀφρύος ἡμιθέων,
Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ᾽ ἄκμοσιν, εἰ τορὸν οὖας
Ἔλλαχες, εἰ ζαλοῖς τὰν ἀγέλαστον ὄπα,
Εἰ τὰν ἄτριπτον καὶ ἀνέμβατον ἀτραπὸν ἄλλοις
Μαίεαι. Εἰ δ᾽ ὕμνων σκᾶπτρον Ὅμηρος ἔχει,
Καὶ Ζεύς τοι κρέσσων Ἐνοσίχθονος· ἀλλ᾽ Ἐνοσίχθων
Τοῦ μὲν ἔφυ μείων, ἀθανάτων ὕπατος·
Καὶ νaέτηρ Κολοφῶνος ὑπέζευκται μὲν Ὁμήρῳ,
Ἁγεῖται δ᾽ ἄλλων πλάθεος ὑμνοπόλων.

33) Dionys. Hal. de compos. verb. p. 22. extr. Cf. eiusdem Censur. Vett. p. 68. ed. Sylb. ubi Antimachum diligentem dicit *εὐτονίας καὶ ἀγωνιστικῆς τραχύτητος καὶ τοῦ συνήθους τῆς ἐξαλλαγῆς.*

34) Plut. Vit. Timol. XXXVI. Antimachi poetae et Dionysii Colophonii pictoris opera ingeniose Homeri carminibus et Nicomachi picturis opposita cum Epaminondae vel Agesilai et Timoleontis vita comparavit. *Καθάπερ γὰρ ἡ μὲν Ἀντιμάχου ποίησις καὶ τὰ Διονυσίου*

carmina divino quasi instinctu afflatuque fusa sunt. Antimachi contra arte et studio composita. Artificiosa verborum coniunctione grandique oratione et figurata dictionis audacia sublimitatem atque gravitatem assequi studebat [35]). Ex quo tumor, qui a veteribus crimini datur Antimacho, originem traxit. Catullus 95:

Parva mei mihi sint cordi monumenta Philetae (?),
At populus tumido gaudeat Antimacho.

Antimachum dicit tumidum; sed non inflatum Callimachum memorat Propertius II, 34, 32. Referenda tamen sunt illa Catulli verba minus ad Thebaidem quam ad Lyden, quod poema Callimachus (fr. 441.) *καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν* dicit, dum ipsius Hecale a Cinagora (ep. 15.) *τορευτὸν ἔπος* praedicatur. Quid *παχύ* attributum significet, ex Eustathii ad Il. II. p. 218. verbis: *ἁπλᾶ ὄντα καὶ οὐδέν τι παχὺ καὶ φλεγμαῖνον ἔχοντα* perspicitur [36]).

ζωγραφήματα, τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε, ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος πρόσεστι τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥαδίως ἀπειργάσθαι· οὕτως παρὰ τὴν Ἐπαμινώνδου στρατηγίαν καὶ τὴν Ἀγεσιλάου πολυπόνους γενομένας καὶ δυσαγώνας ἡ Τιμολέοντος ἀντεξεταζομένη καὶ μετὰ τοῦ καλοῦ πολὺ τὸ ῥαδίως φαίνεται τοῖς εὖ καὶ δικαίως λογιζομένοις, οὐ τύχης ἔργον, ἀλλ' ἀρετῆς εὐτυχούσης.

35) Vide Procl. ad Plat. Tim. p. 20. *Δοκεῖ μοι διελεῖν ὁ Πλάτων τὴν ποιητικὴν εἴς τε τὴν ἔνθουν καὶ τὴν τεχνικήν· καὶ διελὼν τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ ἐνθουσιασμοῦ μεγαλοφωνίαν καὶ τὸ ὕψος ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀνενεγκεῖν. Τὸ γὰρ ἁδρὸν καὶ μεγαλοπρεπὲς τῆς ἑρμενείας οἱ χρησμοὶ διαφερόντως ἔχουσι· τὴν δὲ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης τέχνης ἀποφήνασθαι μὴ εἶναι πρὸς τὴν τῆς πόλεως ταύτης ἀριστείαν, καὶ τὸ μεγαλουργὸν τῶν ἐν αὐτῇ τραφέντων ἀνδρῶν ἀρκοῦσαν εἰς ἔπαινον. Καὶ γὰρ εἴ τι τεχνικόν ἐστι παρά τινι τῶν ποιητῶν ὕψος, πολὺ τὸ μεμηχανημένον ἔχει καὶ στομφῶδες, μεταφοραῖς χρώμενον ὡς τὰ πολλά, καθάπερ τὸ Ἀντιμάχειον.*

36) Vide Welcker. Cycl. epic. p. 114. Not. 132. et uberius disputantem Rud. Merckel. ad Ovidii Ibin p. 366 sq.

Huc accedit aliud cuius graviter a veterum scriptoribus Antimachus accusatur vitium nimiae in narratione prolixitatis et loquacitatis, quam prava de epica perspicuitate opinio et ubertatis affectio genuisse videtur. Sed inanis illa Antimacheae orationis exaggeratio quum non ex rerum describendarum natura enata rerum auctoritati non responderet, ab Homeri verbositate rebus enarrandis apta et accommodata maxime distabat. Unde factum est, ut Homeri in summa ubertate brevitas tamen celebrata sit, Antimachi garrulitas vituperetur [37]. Quae quamquam etiam in verbis, in rebus tamen ipsis maxime conspicua est, cuius exemplum elegantissimum Plutarchus in libro de garrulitate conscripto [38] fictum proponit. Videmus poetam emboliorum et ambagum studiosissimum et res remotissimas avide repetentem. Quam rationem ut iniret, magnam partem doctrinae consectatione commotus videtur; quare non temere opinamur, more recentiorum epicorum poetarum saepissime ad antiquas et obscuriores eum et singulis tantum regionibus proprias fabulas redisse, et suae aetatis mores et instituta rerumque nomina in antiqua tempora abeuntem explicare studuisse. Cuius rei etiam in fragmentis nonnulla vestigia deteguntur. fr. III. XXVI sqq. XLI.

Hae res, quae non solum in Thebaide, sed etiam in reliquis Antimachi carminibus valuerunt, praecipue ex veterum scriptorum testimoniis demonstratae lucem afferunt veterum de praelongis Antimachi operibus indiciis. Cicero loco supra allato Thebaidem magnum volumen nominat; quocum congruunt Schol. ad Stat. Theb. III, 466 [39] et Porphyrionis ad

---

37) Gregor. Nazianz. Epist. III ad Nicobul. Τὸ λακωνίζειν οὐ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας. Οὕτως ἐγὼ βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον. Πῶς; τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς γράμμασι.

38) Plut. de Garrulii. p. 513.

39) Vide infra fr. XXXIII.

Horat. Art. Poet. 146. quae supra laudavimus verba. Quamquam non libros, qui facile in mentem veniunt, his voluminibus significari vel inde elucet, quod iam in libro quinto convivium ducibus contra Thebas profecturis in Adrasti aedibus apparatur neque licet arbitrari eas res, quae ab hoc tempore usque ad ipsam profectionem factae sunt, tam late descriptas esse, ut XIX libros impleverint. Volumina sunt minores librorum particulae.

Hanc autem rerum molem qua arte disposuerit poeta, quum ex frustulis paucis et parvis nobis traditis cognoscere non possimus, pariter atque in multis aliis rebus ad veterum iudicia nobis refugiendum est. Itaque in Quintiliani [40]) partes quamquam caute transire nos oportet, qui dispositione et omnino arte Antimachum defici censet. Quare non ut interiore res nexu erant coniunctae, sed ut tempore deinceps sese exceperunt, pertractatae videntur. Eam inprimis ob causam cyclici poetae nomine notatus est. Vide de hac re Welcker. Cycl. epic. p. 102 sqq. qui affert Schol. Acronis ad Horat. Art. Poet. 136: »Cyclicus poeta est, qui ordinem variare nescit; vel qui carmina sua circumfert quasi circumforaneus; aut nomen proprium est Cyclicus et significat Antimachum.« Schol. Porphyrionis saepius memoratum: »Antimachus fuit cyclicus poeta. Hic agressus est materiam, quam extendit sqq.« Schol. Cruquii: »Cyclicus poeta, qui carmina sua circumfert quasi circumforaneus; aut nomen est datum Antimacho, qui bellum Troianum scripturus sic incepit: Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.« Scholia igitur quamquam, ut nunc scripta sunt, perverse Horatianis versibus: Nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim: Fortunam spp. Antimachum designatum esse volunt, eundem tamen cyclicum poetam dictum esse testantur. Quod inde sine dubio factum est, quod poemata eius ad Cyclicorum similitudinem prope accesserunt. Cycli-

40) Quinctil. X, 1, 53.

corum ratio eo praecipue conspiciebatur, quod ordinem variare nescierunt; Antimacho autem dispositionis et artis defectum veteres scriptores vitio dederunt. Sed eae res, quae cum cyclicis poetis ei sunt communes, quum eiusmodi sint, ut non consilio et industria a poeta sint quaesitae, sed ex imbecillitate quadam animi originem traxerint, inter Cyclicorum sectatores Antimachum referre non licet. Quae ut sibi singularia consilio poeta affectavit et novavit, ea in insolentiore praecipue et difficiliore sermone, qui vim et gravitatem gigneret, et in doctrinae iactatione versabantur. Sed verisimile est ante Antimachum poetas fuisse epicos, qui eandem iam viam inissent, quos Antimachus secutus longius audaciusque progressus sit. Inter quos numeraverim Panyasin, cuius quum servus vel discipulus a veteribus dictus sit, arta utriusque poetae coniunctio indicata videtur. Confirmat eam opinionem Quintiliani[41]) auctoritas, qui Panyasin tradit ex utroque, Hesiodo et Antimacho, mixtum putari, neutriusque aequare virtutes; alterum tamen (Hesiodum) ab eo materia, alterum (Antimachum) disponendi ratione superari. In Antimacho disponendi artem desiderari vituperavit grammaticus, laudavit eius vim et gravitatem et minime vulgare dicendi genus; Panyasis igitur quum eis virtutibus non plane egeret, non aequavit tamen Antimachum. Neque minus cum Choerilo Samio Antimachum paullulum aetate praegresso, qui et ipse novis rebus studuit et insolentiam affectavit, aliqua Antimacho fuit similitudo. Ut alter insolentiam verborum sectatus, sic alter inusitatis et insolentioribus sententiis gavisus est. Quamquam si totam utriusque epici rationem contemplamur, magnum inter eos intercedit discrimen. Ac profecto ut Choerilum, qui historicum sibi sumpserat carminis argumentum, quasi impugnaret, Antimachus ad fabularum tempora epico generi aptiora redisse videtur. Quae utriusque diversitas tanta fuit, ut quum Choerili Perseis inter aequales maxime floreret, Antimacho fere nemo

---

41) Quinctil. X, 1, 54.

aures adhiberet, et posteriore aetate quum alteri Choerilum alteri Antimachum studiose amplecterentur, utriusque sectatores hostiliter quasi inter se obtrectarent[42]). Inter recentiores Choerili studio praeter ceteros deditum et ob eam rem Antimachi spretorem et obtrectatorem fuisse Euphorionem manifestat Cratetis Mallotae epigramma ambiguitate flagitiosum:[43])

Χοίριλος Ἀντιμάχου πολὺ λείπεται· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι
Χοίριλον Εὐφορίων εἶχε διὰ στόματος.
Καὶ κατάγλωσσ' ἐπόει τὰ ποήματα, καὶ τὰ Φιλητᾶ
Ἀτρεκέως ᾔδει· καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν.

Neque ipse Callimachus Colophonio favit, quippe qui Lyden eius dixit *καὶ παχὺ γράμμα καὶ οὐ τορόν*[44]), cuius epigramma XXX si non ad Apollonium Rhodium, fortasse ad Antimachum spectat. Sed ut singuli Alexandrinae aetatis Antimachi adversarii de eius existimatione detrahere studerent, in universum tamen Alexandrinorum et Antimachi ea fuit natura et indoles, ut ipsi eius obtrectatores vel inviti ad eius imitationem traherentur, quod de Euphorione Meinekius[45]) demonstravit, plurimi tamen summo cum studio Antimachum sibi cognatum amplecterentur magnumque ei tribuerent honorem. Praeter Cratetem, Antimachi vindicem, sectatores et admiratores eius extitisse scimus Hermesianactem[46]) et Nicandrum[47]), Colophonios; et qui canones epicorum composuerunt critici, ei inter Homerum, Hesiodum, Pisandrum, Panyasin, ut epicae principes, Choerilo excluso nostrum

42) Vide supra huius disputationis initio.

43) Anthol. Palat. XI, 318. Meinek. Anal. Alex. p. 8 et 30. — V. 3 pro codicum *φίλητρα* accepimus Dobrei coniecturam *Φιλητᾶ*.

44) Callim. fr. 441. ed. Ernest. T. I. p. 574.

45) Meinek. in Euphor. Analectt. Alex. p. 31.

46) Hermesianactis Leontium imitatur Antimachi Lyden et quantum eius poesin Hermesianax admiratus sit, testantur eius verba *γόων δ' ἐνεπλήσατο βίβλους ἱράς*.

47) Schol. Nicand. Ther. 3. *Ἐστιν ὁ Νίκανδρος ζηλωτὴς Ἀντιμάχου.*

receperunt, ita ut plerique secundas ei deferrent [48]), alii Panyasin et Hesiodum ei praeponerent [49]). Illorum in partes Antipater Thessalonicensis, qui vixit Tiberii imperatoris aetate, accedit, cuius epigramma supra adscriptum ea, quae alii in Antimacho vituperarunt, in eius laudem vertit, et in obtrectatores Antimachi invehitur.

Hoc studio, quod in Antimachum contulerunt Alexandrini, factum est, ut quum ad Graecas litteras Romani accederent, ab Alexandrinis Antimachus Romam transiret et Ciceronis eique proximis temporibus opera eius diligenter lectitarentur et a poetis nonnullis imitando exprimerentur. Praeter cetera autem Antimachi poemata Lyde cum aliis aliorum Graecorum elegiacis carminibus in Romanorum id temporis manibus fuit, quod ex Ovidii et Catulli versibus supra allatis colligimus. Cicero autem in Bruto c. 41. verbis: magnum illud quod novistis volumen, significavit Thebaidem. Ab Augustea tandem aetate Antimachi studium apud Romanos paullatim minuebatur, ita ut ne nomen quidem multis cognitum esset; dum Hadrianus imperator Homero ex hominum manibus

---

48) Quintil. X, 1, 53.

49) Suid. v. *Πανύασις· Ἐν ποιηταῖς τάττεται μεθ' Ὅμηρον. κατὰ δέ τινας καὶ μεθ' Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον:* Vide quae Tzschirnerus in Panyas. p. 23. sqq. de quinque epicorum principum ordine a grammaticis constituto disputavit. Sex diversos ordines enumerat, quorum secundus ex Jo. Tzetzae iambis *περὶ διαφορᾶς ποιητῶν* sumptus, quia poetae in nominibus propriis collocandis metri necessitate coerciti et circumscripti sunt, non magnam habet auctoritatem. Sextum ordinem promsit ex eiusdem Tzetzae Prolegg. ad Hes. III. p. 12. Gaisf. *Γεγόνασι... Ὅμηρος ὁ παλαιός, Ἀντίμαχος ὁ K., Πάνυσις, Πείσανδρος ὁ Καμειρεὺς καὶ ὁ Ἀσκραῖος οὗτος Ἡσίοδος.* in quibus scriptor ob eam causam Hesiodo postremum locum dedit, quod in hunc poetam praefatur. Quae ratio si non intercederet, Hesiodus secundum, puto, locum occuparet. His Tzschirnerus p. 25. addit interpretis Oppiani iudicium de principibus poetis epicis a Vossio de Vett. Poett. temp. c. 5. p. 27. allatum: »Ili fuere Homerus, Eupolis, Hesiodus, Antimachus, Nicander, Panyasis«, in quibus pro Nicander scribe Pisander; dele vocem Eupolis. Error ortus est ex Schol. ad Oppian. p. 8. Rittersh. *Ὅμηρος ὁ πολὺς, Ἡσίοδος, Ἀντίμαχος, Πείσανδρος καὶ Πανίασις.* Muta *ὁ πολύς* in *παλαιός*.

remoto Antimachum in lucem famamque revexit [50]). Adeo autem is Antimacho deditus fuit, ut eius Catachenen imitans eiusdem tituli carmen componeret ipse [51]). Qua imperatoris opera factum est, ut etiam grammaticorum studia ad Antimachum reflecterentur. In Et. M. 4, 6. ex Antimachi Catachene versus affertur, cuius voce *ἀβολήτορες* explicata additur: *Οὕτω Φίλων εἰς τὰ ῥηματικὰ αὐτοῦ.* Qui hic memoratur Philo glossas videtur Antimacheas interpretatus esse. Est autem sine dubio Herennius Philo Byblius, grammaticus, qui teste Suida Hadriani aetate vixit. Etiam Dionysius Phaselita, cuius aetas non nota est, de Antimachi poesi libellum conscripsit [52]). Posterioribus quoque temporibus viri docti operam in Antimachum contulerunt. Nam ineunte tertio post Chr. natum saeculo Zoticus, Plotini familiaris, recensionem Antimachi edidit [53]), eodemque saeculo Longinus scripsit *λέξεις Ἀντιμάχου* [54]). Sopater Sophista Constantini aetate nonnulla ex Antimacho in Collectanea sua, et Io. Stobaeus in Eclogas susceperunt [55]); sed alterius liber plane interiit, neque in alterius opere nobis conservato quidquam ex Antimacho sumptum invenitur.

Iam quum etiam de eis, qui recentiore aetate Antimacho operam dederunt, pauca sint dicenda, inprimis laudamus C. A. G. Schellenbergium, Nassoviensem, qui auctore et duce Fr. A. Wolfio praeceptore usus iuvenis fragmenta Antimachi colligere instituit eaque anno 1786 collecta et explicata cum epistola

---

50) Dio Cass. Excerptt. Xiphil. e l. LXIX. c. 4. *Τὸν γοῦν Ὅμηρον καταλύων Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγεν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο.* Cf. Suid. v. *Ἀδριανός.* Idem Hadrianus Ciceroni Catonem, Ennium Virgilio praeferebat, cfr. Fr. Jacobs. Catal. Poett. Antholog. III, 3. p. 892.

51) Spartian. Vita Hadrian. 15.

52) In Vit. Nicandri: *Διονύσιος ὁ Φασηλίτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως.*

53) Porphyr. Vit. Plotin. c. 7. p. 104. ed. Fabric.

54) Suidas s. v. *Λογγῖνος.*

55) Photius CLXI. p. 339 et 374.

F. A. Wolfii primus edidit [56]. Aetate senili idem ad annum, quo post vitam in rebus scholasticis et ecclesiasticis patriae nostrae praeclare peractam solemnia semisaecularia faceret, illustrandum novam sui libelli editionem animo agitabat; sed quum longum per tempus in publicorum munerum officiis scholarumque administrandarum negotiis summo studio probataque diligentia maxime versatus aliis rebus non vacasset, quantum ab eis studiis, quibus iuvenis deditus fuerat, senex remotus esset, vir venerabilis sensit itaque incepto destitit. Sed quae ipse fundamenta posuerat, eis posteriores nixi sunt. Fragmentis Antimachi collectis et testimoniis de eius poeseos genere compositis et exploratis, recentioribus apertior fuit via et expeditior ad Antimacheae poeseos naturam et indolem cognoscendam. Inter eos, qui de Antimacho maxime meriti sunt, memoramus Naekium et Welckerum, quorum alter in editione Choerili Samii, alter in libro de Cyclo epico qualis fuisset Antimachi poesis quemque locum inter recentiores Graecorum epicos tenuisset, clarius demonstrarunt. His addimus Blomfieldii Diatriben de Antimacho in Diar. Class. N. VII, in qua praecipue ars critica in Antimachi fragmenta exercetur. Post Schellenbergii tempus Scholiis Venetis Homeri opera Villoisoni aliorumque VV. DD. Anecdotis editis multa Antimachi fragmenta antea non cognita in lucem prolata sunt, quae exceptis perpaucis omnia cum reliquis in Frid. Duebneri collectione Asii, Pisandri, Panyasidis, Choerili, Antimachi fragmentorum invenies [57]. Peculiarem tamen Antimachi editionem praeter Schellenbergianam non tenemus. Partem fragmentorum Antimachi praebent N. Bachii editio Philetae p. 255 sqq. et Gaisfordii Poetae Graec. min. Tom. III. In Duentzeri collectione fragmentorum epicorum graec. [58] etiam

56) Antimachi Coloph. reliquiae. Nunc primum conquirere et explicare instituit C. A. G. Schellenberg. Accessit Epistola Fr. A. Wolfii. Halis Sax. 1786.

57) Addita est ea collectio editioni Hesiodi aliorumque graec. poetarum Parisinae, curatae a F. S. Lehrs, ap. A. F. Didot. 1840.

58) Die Fragmente der ep. Poesie der Griechen bis zur

Antimachi fragmenta epica, fragmenta lyrica et epigramma Antimacho tributum sunt in Bergkii lyricis graecis [59]. Res in Animadversionibus meis tractatas omnes, sed hic illic auctas et correctas, in hunc librum recepi [60].

Zeit Alexanders d. Grossen, gesammelt v. H. Duentzer. Köln 1840. Plura supplevit in Addendis et Corrigendis libri sui Colon. anno 1841. evulgatis.

59) Poetae lyrici graeci ed. Th. Bergk. Lips. 1843.

60) Piis manibus C. O. Muelleri — anno 1840 — mortui has inferias vovebat sodalium seminarii regii philologici Gottingensis pietas. Insunt Animadversiones in Antimachi Colophonii fragmenta, quas scripsit H. Guil. Stoll. Gotting. Dieterich.

ANTIMACHI

FRAGMENTA.

ΘΗΒΑΙΣ.

I. (Schellb. fr. 1. Duebn. 1.)

Ἐννέπετε Κρονίδαο Διὸς μεγάλοιο θύγατρες.

Hunc versum, quem Eustathius et Scholl. Ven. cum nonnullis aliorum poematum exordiis ad Iliadis initium afferunt, quum Ὁμηρικῷ ζήλῳ, ut ait Eustathius, scriptus epicum colorem teneat, cum Schellenbergio Thebaidis initium existimare non dubitavimus. Sed quantum ab Homericorum simplicitate exordiorum distet, primo adspectu animadvertitur. Scholl. Ven. pro Κρονίδαο prave Κρονίωνος.

II. (Sch. et D. 2.)

Ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος.

III. (Sch. et D. 3.)

Οὕνεκά οἱ Κρονίδης, ὃς μέγα πάντων ἀνάσσει,
Ἄντρον ἐνὶ σκιῇ τευμήσατο, τόφρα κεν εἴη
Φοίνικος κούρα κεκευθμένα· ὅς ῥα μή τις
Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσαιτό κεν αὐτοῦ.

Conservarunt fr. II. Aristot. Rhet. III, 6.*) et Strab. IX. p. 409. initium amplioris de Teumesso Boeotiae monte narrationis. Ad eundem montem, quamquam etiam urbem Teu-

*) Scholia Steph. in Crameri Anecdd. Paris. I, p. 306, 12. Καὶ τὸ Ἀντιμάχου χρήσιμον· Πῶς δὲ τοῦτο εἴποις ἐπὶ τοῦ Τευμησσοῦ; οἷον τὸ ὀλίγος στερητικός ἐστι καὶ ἐξ ὧν οὐκ ἔχει. οὐ γὰρ πολύς ἐστι. στέρησις οὖν τις δοκεῖ τοῦ πολλοῦ τὸ ὀλίγος.

messum ex scriptoris citantis verbis possis intelligere, spectant fragmenti III. verba a Steph. Byz. tradita s. v. *Τευμησσός· ὄρος Βοιωτίας. Ὅμηρος ἐν τῷ εἰς Ἀπόλλωνα ὕμνῳ* (v. 224.)· *Εἰς Μυκάλησσον ἰὼν καὶ Τευμησσὸν λεχεποίην. Ἄστυ, ὡς Δημοσθένης ἐν τρίτῳ Βιθυνιακῶν. Ἐκλήθη δ' οὕτως, ὡς Ἀντίμαχος πρώτῳ Θηβαΐδος· Οὕνεκα κ. τ. λ.* — Nomen igitur monti Teumesso propterea inditum esse Antimachus auctor est, quod Iuppiter, Europam ut abderet, antrum in eo exaedificavit (*τευμήσατο*). Cf. Et. M. p. 755,50. *Τευμήσατο· παρεσκευάσατο, ἐτεχνήσατο. Εἴρηται δέ, ὅτι τὸν Τευμησσὸν τὸ ὄρος ὑπὸ τοῦ Διὸς κατασκευασθέντα εἰς ἀπόκρυψιν τῆς Εὐρώπης ἀπὸ τούτου κληθῆναι Τευμησσόν, ἀπὸ τοῦ κατεσκευάσθαι*, quae verba ad Antimachum pertinent; et Paus. IX, 19, 1. Welckerus (Cycl. epic. p. 103.) Antimachum in Thebaidis initio de Agenore Phoenice fabulas itaque, ni fallor, totam Thebarum urbis historiam repetiisse ratus, Europam hoc loco memoratam Agenoris filiam esse vult. Nullis tamen aliis fundamentis nititur nisi fragm. hoc Antimacheo, quod, ut Homerus (Il. XIX, 321.), Hesiodus, Bacchylides, Pherecydes (vide Muell. Orch. p. 114.), Phoenicis tantum nomine Europae patrem appellat. Europa potius hoc loco videtur esse Demeter Europa, Trophonii nutrix, cuius in Boeotiae regionibus cultae (Paus. Boeot. 39, 3. 4.) si naturam quaerimus, congruit cum Cerere et Proserpina. Derivatur vox a grammaticis adiectivo *σκοτεινός* explicata ab *εὐρώεις*, Plutoni apposito (Il. XX, 65. Od. X, 512. XXIII, 322. all.). Boeotiae autem incolis nomen Europae deae est proprium; itaque in Hom. H. in Apoll. 71. 111. regiones circa Boeotiam sitae nomine Europae opponuntur Peloponneso Graecisque insulis. Iuno Graecorum pristina pariter ac Ceres significavit terram, Iovis, dei coelestis, coniugem. Unde lux affertur Hesychii verbis *Εὐρωπία ἡ Ἥρα*, neque dubito, quin haec fabula de Europa rapta et in Teumesso recondita ex eodem fonte, ex quo Iovis Iunonisque de *ἱερῷ γάμῳ* narrationes ortae sunt, fluxerit. *Ἱερὸς γάμος* autem sive Terrae Coelique nuptiae fiebant in locis

ab hominum deorumque adspectu remotis; quare in speluncis Iuno similesque deae a Iove absconditae tenebantur. Sic Plutarchus apud Euseb. V. fragm. 9, 3. Boeotorum tradit fabulam, Iovem cum Iunone virgine ex Euboea clam abducta in Cithaeronis spelunca adiutrice Latona Mychia clandestinos exercuisse amores. Qua cum fabula Iovis et Europae in Teumessum seductae amores congruunt. — Quod autem vere novo Iuppiter et Iuno sive Coelum et Terra nuptiis coniungebantur, flores verni in lecto geniali nascebantur et amantes circumdederunt. Quo spectant Hom. Il. XIV, 346 sqq. Petron. 127. Caton. Dir. 166 sqq. Quae quum ita sint, Antimachum puto, qui testibus Aristotele et Strabone ll. ll. Teumessum *διὰ πολλῶν ἐπῶν τὰς μὴ προςούσας ἀρετὰς διαριθμούμενος*, ut ait Strabo, *ἐκόσμησεν*, floribus diversis distinctum et ornatum finxisse, praecipue quum etiam in hymno Homerico *λεχεποίης* Teumessus nuncupetur. Accedimus iam ad fragmentorum verba.

Fr. II. *Ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος* est initium descriptionis Teumessi; similiter Il. II, 811. et Hom. Hymn. V, 8. Formulis *ἔστι τις, ἔστι δέ τις, ἦν δέ τις, ἦν χρόνος ἡνίκα* praeeunte Homero poetae heroici frequentissimis usi sunt, quia voce indefinita incipere est simplicitatis poemati epico aptae. Exempla, quae multis aliis possunt augeri, congesserunt Naekius (Callim. Hecale in Welckeri et Naekii Mus. Rhen. III. p. 513.) et Lobeckius (Aglaoph. I. p. 246.). *Ὀλίγος* hic pariter atque Il. X, 94. *οὔτε μέγ' οὔτ' ὀλίγον*, Od. XII, 252. Callim. Lav. Pall. 91. eandem quam *μικρός* habet notionem. Sic *πολλὸς* pro *μέγας* Il. VII, 156. Od. XX, 259. *Ὀλίγος* illo intellectu saepius apud poetas reperies praeter Atticos. Vide Valcken. ad Callim. frr. p. 255. ad Eurip. Hippol. p. 226, a. (p. 221. ed. Lips.).

Fr. III. v. 1. relativum pronomen, quod editores perperam in *ὡς* mutaverant, propter verbum finitum *ἀνάσσει* necessarium est; sed deest una syllaba ad versus integritatem. Quam ob rem Iacobsius (Append. ad Porson. Advers.

p. 320.) proposuit *Κρονίδης Ζεύς, ὅς*. Praeferimus faciliorem Schellenbergii coniecturam *ὅςτε* vel *ὅς δή*, vel Hermanni *ὅςπερ* scribentis. *Πάντων* in *πᾶσιν* mutandum esse quisque videt, nam Duentzeri (frr. epp. graec. p. 99.) *ὅς δὴ πάντων μέγ' ἀνάσσει* minus placet. Maiores difficultates v. 2. obiicit vox *σκιῇ*, quam et metrum et sensus respuit. Iacobsius l. l. *ἄντρον ἐνὶ σπῆϊ*. *Ἄντρον* artiorem quidem habet intellectum quam *σπέος* (cf. Il. IV, 279. Od. IX, 114. 400. 141. cum ibid. 218. 235. 312.); sed quoniam utroque tamen vocabulo res fere eaedem intelliguntur, displicet illa scriptura. Schneiderus in Lexic. *ἐνὶ σκοπιῇ*. Meinek. (ad Euphor. p. 129.) coniecit *στίῃ*. Cui multa sunt quae opponi possint. *Στῖα* enim, prave *στεῖα* scriptum, proprie est *ψῆφος*, vox Sicyoniis usitata (Schol. Apoll. Rh. II, 1172.), neque omnibus locis, quibus nobis restitit (*στιάων* Ap. Rh. II, 1172. et Galen. de glossis Harpocr., *πολύστειος* Nicand. Alexiph. 466. Theriac. extr. Callim. H. in Iov. 26. cum Scholl. Ap. Rh. et Nicandri), aliud quam lapillum significat. Apud solum Hesychium legitur: *δηλοῖ δὲ καὶ στενοχωρίαν καὶ λιθοκοπίαν*, quae verba quid sibi velint, difficile est dicere. *Στῖα* si de loco usurpatur, regionem lapillis completam vel saxis abundantem indicare videtur, quae significatio nostro loco quam male habeat, perspicitur. Codex Rehdigeranus praebet *ἐνὶ σκηνῇ*, quod olim tuebamur, nunc missum facimus, postquam G. Hermannus, Vir Clarissimus, suam coniecturam *ἐν ἐσχατιῇ* in epistola mecum perhumaniter communicavit. cf. Od. IX, 182. *ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν*. Vulgatius tamen est *ἐπ' ἐσχατιῇ*.

Coniungenda sunt cum his verbis sequentia: *τόφρα κεν εἴη Φοίνικος κοῦρα κεκευθμένα*. Continent consilium, quo Iuppiter construxerit specum. *Τόφρα* enim, ut omnino demonstrativa pro relativis, apud posteriores poetas saepe metri causa pro *ὄφρα* positum est. Sic Apoll. Rh. III, 807. IV, 1487. Callim. Hymn. Del. 39. Orph. Argon. 941. Anthol. Pal. IX, 242, 7. XIII, 22, 4. — *τόθεν* pro *ὅθεν* Callim. H. Dian. 114. Ap. Rh. IV, 639. — *τόθι*, quod eodem sensu

etiam apud Pindarum extat (Nem. IV, 84.), pro ὄθι Ap. Rh. III, 577. IV. 772. Callim. H. Iov. 32. Nic. Alexiph. 9. 14. 123. 603. Orph. Arg. 631. et Hymn. Hom. XIX, 25, quod posteriorem eius hymni aetatem ostendit, et fortasse in Antimachi fr. XXIX. — Κεκευθμένα metrum non patitur. Cod. Rehdig. κεκυθμένα. Quod Meinekius suspicatur κεκυημένη reiicimus. Verbum, quod latendi notionem contineat, desideramus; quare si forte lectio κεκρυμμένη olim a nobis proposita non probetur, Hermanni et Bergkii κεκυθημένη, quod alibi quidem non legitur, sed Antimacho dignum est, comprobare non dubitamus. Sic et versus et sententia bene fluit: Iuppiter specum construxit, ut Phoenicis filia ibi esset recondita. Eandem fere sententiam Iacobsii scriptura continet: τόφρα κεν εἴη Φοίνικος κούρη τε κεκευθμένος, ut et ipse et Europa ibi laterent; sed nimis quaesitam eam esse censemus. Quod Duebnerus proponit: τόφρα κεν εἴη (nimirum τὸ ἄντρον) Φοίνικος κούρη . . . (velut κεῦθος), longius a vero abhorret. — Pro vulgari terminatione in ᾱ restituimus κούρη κεκρυμμένη vel κεκυθημένη. Cod. Rehdig. praebet κούρη. Antimachus multis quidem in rebus a priorum epicorum ratione recessit, sed ne longius recederet epicumque colorem plane aboleret cavebat. Ex Schol. Nic. Ther. 3. apparet Antimachum eiusque sectatorem Nicandrum hic illic Doricam adhibuisse dialectum; sed ut Nicandrum omnino epicis terminationibus usum esse ex ipsius poematis videmus, ita Antimachus quoque singulas tantum Doricae aliarumque dialectorum formas admisit idque in vocabulis rarioribus usurpandis. Quum autem scriptores poetarum versus citantes saepissime poeticum usum neglexisse vulgaremque sermonem intulisse certum sit neque raro in codd. pristinas formas epicas oblitteratas esse videamus: eis tantum in locis, ubi veterum testimoniis nitimur, ab epico sermone recedere nobis licet. Eiusmodi exemplum tenemus fr. V. VI. Τύδης Dorice pro Τυδεύς. Aliis vero locis epicam formam revocamus; sic pro Ἄδραστος scribimus omnibus locis Ἄδρηστος, et fr. LIII. κορυφῇσι pro vulgari κορυφαῖσι.

Verba sequentia in plerisque codd. sic leguntur:

ὅς ῥα μή τις
Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσαιτό κεν αὐτοῦ.

Schellenbergius recte restituit *φράσσαιτο*, initium sic scribens: *ὡς ἄρα μή τις*. Iacobsius ingeniosius quam verius *ὥς ἄρ' ἄκοιτις*. Cod. Rehdig. habet *ὥς ῥά ἑ μήτις*; itaque scribimus: *ὥς ῥά* (vel *ὄφρα*) *ἑ μήτις Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ*. Hermannus maluit: *ὄφρα ἑ μήτις Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ αὐτοῦ γε φράσαιτο*, quod voculae *κεν* si locus esset, ante *μή* ponenda fuisset. Qua in re quam recte vir summus iudicarit, decernere non audeo. In voce *μήτις* continentur et homines et dei, in sequentibus autem dei hominibus et singulariter Iovi oppositi premuntur. Quam ob rem, quod monet idem, pro *μηδὲ* fortasse scribendum est *μήτε*, ita ut secutum sit *μήτ' ἀνδρῶν* vel *μήτε βροτῶν*. cf. Ap. Rh. IV, 180. *ὄφρα ἑ μήτις Ἀνδρῶν ἠὲ θεῶν νοσφίσσεται*; Hom. H. Mercur. 9. Ne offendaris voce *παρέξ* ante consonam in litteram duplicem exeunte, cf. Il. XI, 486. Od. XII, 276. 443. XIV, 168. Ap. Rh. II, 1010. all. Vide Eustath. ad Il. p. 732, 40. et Spitzner. Excurs. ad Il. XVIII. p. LXVI. sqq. — Liceat in comparationem apponere Rob. Ungeri (Paradox. rerum Theb. Vol. I. p. 156.) scripturam:

Οὕνεκ' ἐκεῖ Κρονίδης, ὃς καὶ μέγα πᾶσιν ἀνάσσει,
Ἄντρῳ ἔνι σκηνὴν τευμήσατο· τόφρα κ' ἐνείη
Φοίνικος κούρῃ τε κεκευθμένῃ· ὥς ῥα ἑ μήτις
Μηδὲ θεῶν ἄλοχόν τε παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ)*.

Quam quidem formam loci multis possis et gravibus argu-

---

*) Idem Ungerus in Analectis crit. anno 1842 editis p. 25. hanc veram posteriorum versuum scripturam esse censet:

ὡς ἄρα μῆτιν
Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρεκφράσσαιτό κεν αὐτοῦ.
„adeo nemo quisquam, ne deorum quidem, Iovem prudentia se superaturum speraverit."

mentis facile convellere. Mihi omnibus reputatis Antimacho haec digna videntur:

Οὕνεκά οἱ Κρονίδης, ὅσπερ μέγα πᾶσιν ἀνάσσει,
Ἄντρον ἐπ' ἐσχατιῇ τευμήσατο, τόφρα κεν εἴη
Φοίνικος κούρη κεκυθημένη· ὥς ῥά ἑ μήτις
Μηδὲ θεῶν ἄλλος γε παρὲξ φράσσαιτό κεν αὐτοῦ.

Steph. Byz. addit verbis supra laudatis: *οἱ κατοικοῦντες Τευμήσιοι. καὶ Τευμησία ἡ ἀλώπηξ, ἀπὸ τοῦ ὄρους. καὶ τὸ οὐδέτερον Τευμήσειον. καὶ τὸ ἐκ τόπου Τευμησσόθεν. καὶ τὸ εἰς τόπον Τευμησσόνδε. Ἀντίμαχος ἐν πρώτῳ Θηβαΐδος.* Extrema verba potissimum referimus ad *Τευμησσόνδε*, quamquam reliquis quoque Antimachum usum esse non negamus. Ceterum Stephanus in scribenda voce Teumessi incertus est. Praeferimus scripturam *Τευμησός*, simplici σ̄, qua Antimachum usum esse ex voce *τευμήσατο* coniicimus. De nominibus in *ησός* et *ησσός* cf. Unger. Paradox. Theb. I. p. 404. et Lobeck. Pathol. p. 410 sq.

IV. (Sch. et D. 4.)

Ὅσσοι ἔσαν βασιλεύτορες Αἰγιαλήων.

Et. M. p. 186, 6. *Βασιλεύτωρ· παρὰ τὸ βασιλεύω. Ἀντίμαχος ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος· οἵ οἱ ἔσαν β. αἰπαλήων.* Vocem *αἰπαλήων* ingeniose Valcken. ad Herodot. V, 68. distrahendo *Π* in *ΓΙ* mutavit in *Αἰγιαλήων*. Aegialenses in universum Graeci dicuntur. Strab. VIII, 7. Et. M. p. 28, 15. cf. Meinek. ad Euphor. fr. 80. (in Anall. Alex. p. 116.). Cod. Paris. 346. dat *οἷοι*, quod etiam Meinek. l. l. tuetur, quamquam inter *οἵ οἱ*, *οἷοι* et *ὅσσοι* eligere licet. Praeferimus *ὅσσοι* conferentes versus Homericos, qualis est Od. XI, 227. *ὅσσαι ἀριστήων ἄλοχοι ἔσαν ἠδὲ θύγατρες*, et Od. I, 245. all.

V. (Sch. et D. 5.)

Τύδης τ' Οἰνείδης . . . .

VI. (Sch. 6. D. 5.)

Τὸν καὶ φωνήσας προσέφης, Οἰνήϊε Τύδη.

Priscian. Comment. gramm. VI, 18, 92. Tom. I. p. 283. Krehl. „In *eus* Graeca sunt, et mutantia *us* in *i* faciunt genitivum, ut hic Tydeus, huius Tydei. In huiuscemodi tamen terminatione quaedam inveniuntur mutatione *eus* diphthongi in *es* longam prolata, ut *Ἀχιλλεύς* Achilles, *Περσεύς* Perses, *Ὀδυσσεύς* (scr. *Οὐλιξεύς*) Ulixes. In quo Dores sequimur, qui pro *Φυλεύς Φύλης*, pro *Ὀρφεύς Ὄρφης* et *Ὄρφην* dicunt, pro *Τυδεύς Τύδης*. Sic Antimachus in I Thebaidos „*Τύδης τε Οἰνείδης*" et vocativum in *e* productum „*τὸν καὶ ζωγρήσας προσέφης Οἰνείδη Τύδη*", teste Herodiano in I Catholicorum." Similiter apud Ibycum *ὀνομάκλυτον Ὄρφην* et *Πέρσης* ap. Euphorionem (fr. 67. ed. Meinek.). De eiusmodi terminatione in *ης* Dorica vide Schneidewin. ad Ibyc. p. 161., qui ex codd. vestigiis Antimachi frr. sic, ut supra posuimus, restituit, et Ahrens de Dial. Dor. p. 236. In priore fr. cod. Gud. praebet *Οινιδης*, Helmst. *Θιδης Θεονιδης*, Weissenb. *Τυθες τε Ουνιθης*, Halberst. *τυπες εὐσινες*. — In altero fr. Halberst. *τον και τον — φωνησας προσεφης οινηιε τυδε*. In *τὸν καὶ φωνήσας* omnes reliqui conspirant. Blankenb. 140. saec. XIII. *TON KAY ΦONHCAC. ΦPOCH. ΦHKOINIΔHTIΔH.* Rottendorf. nunc Gud. 244. saec. XII. *ΠPOCEΦEC Ω* (man. sec.) *INNYCΘYΔE.* Gud. *Οινιε Θιδης*. Helmst. *προςεφες Ινηνε Θιδης*. Weissenb. *Οινιε Τυδε*. Vide Schneidewin. l. l. et in nota ad eiusdem libri indicem vett. scriptorum, qui ab editore emendantur, potiorum, p. 231. — Verba prioris fr. in initio, non in fine versus fuerunt, quum patronymicorum in *ειδης* penultima nunquam in versus arsin incidat.

VII. (Sch. 93. D. 18.)

Ad. Il. IV, 400. Scholiasta Bekkeri adscripsit: *οὐ γὰρ μετεῖχε λόγου Τυδεύς. Ἀντίμαχος δέ φησιν, ὅτι παρὰ συφόρβοις ἐτράφη. Καὶ Εὐριπίδης· „οὐδ' ἐν λόγοις ἦν δεινὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι.“* Hinc ortum prooemium *Τυδεὺς ἐν συφόρβοις.* Vide Paroemiogrr. ed. a Leutsch. et Schneidew. p. 322. *Οἰνεὺς τὴν θυγατέρα Ἱππονόου Περίβοιαν ἐβιάσατο· γνοὺς δὲ αὐτὴν ἔγκυον οὖσαν ὁ πατὴρ συφόρβοις παρέδωκε μετὰ τοῦ γενομένου παιδίου Τυδέως.* cf. not. editorum.

VIII. (Sch. 7. D. 6.)

Steph. Byz. v. *Κύνθος· παρ' Ἀντιμάχῳ ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος. Ὁ οἰκήτωρ Κύνθιος κ. τ. λ.* Stephanum habemus multis modis laceratum, idque in hoc quoque nomine. Excidisse aliquid post *Κύνθος* in aperto est, si non poetae verba e Thebaide, certe nominis positi explicatio. Supplent intpp. hanc, *ὄρος Δήλου.* At si haec fuit, quid tum opus tam docta auctoritate? Putem itaque hic explicari insulae Deli vetustum nomen *Κύνθος.* Ipse Steph. v. *Δῆλος· ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος ἀπὸ Κύνθου τοῦ Ὠκεανοῦ.* cf. Plin. N. H. IV, 12. med. Atque alibi quoque exempla occurrunt, ubi montes primum habitati mox universae regioni nomina dederunt, cuius rei causa non longe erit quaerenda. Quodsi haec non mera hariolatio videtur, potuit omnino Antimachus, affectati sermonis auctor, renovare vim verbi obsoletam. Haec Schellenbergius.

IX. (Sch. 8. D. 7.)

Ἀσπασίως τέ σφω ἄγεν οἴκαδε.

X.

τὸ καί σφω γείνατο μήτηρ.

Apollon. Dyscol. de Pronominibus p. 373. C. *τὸ πλῆρες σφῶε· παρὰ γὰρ Ἀντιμάχῳ καὶ μονοσυλλάβως ἐν*

τρίτῃ Θηβαΐδος· τὸ καί σφω γείνατο μήτηρ· καὶ ἐν πρώτῃ· ἀσπασίως τέ σφω ἄγεν οἴκαδε. Schellenbergius, qui haec frr. per Salmasium ad Solin. p. 598. B. ex Ms. ea citantem cognoverat, in fr. IX. perperam dedit *ἀσπασίως δέ.* In altero Bekkerus voluit *τῷ καὶ* pro codicis *τὸ καὶ.* Frequens quidem hoc *τῷ* causale est epicis; Il. I, 418. *τῷ σε κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάροισι.* XVII, 273. XIX, 300. XXIV, 740. et multis aliis locis. Neque tamen rarum est *τὸ* eodem sensu; Il. III, 176. XII, 19. Od. VIII, 332. all. Eandem quam haec demonstrativa particula *τό* vim habet *ὅ* pro *ὅτι;* Il. IX, 535. Od. VII, 577. all. Formulae *τὸ καί* et *τῷ καί* et apud Homerum et apud posteriores epicos poetas saepissime leguntur, sed posterioribus *τῷ καί* multo usitatius. Apoll. Rh. III, 894. et IV, 756. *τὸ καί;* Callim. H. Dian. 77. *τό;* sed in utroque saepius *τῷ καί.* Cf. cum his tragicorum poetarum *ὃ καὶ,* Eur. Phoen. 155. 263. Hecub. 13. et *ἃ* Soph. O. C. 1291. — De Eteocle et Polynice dictum videtur, et *τὸ καί* ad oraculum vel omnino ad fati necessitatem quandam in antecedentibus memoratam fortasse spectat. Fr. IX. referimus ad Tydeum et Polynicem, quibus Adrastus se utrumque in patriam reducturum esse promittit, aeque ac in Eur. Phoen. 430. Schellenbergii sententiae, agere hunc versum de deductione Tydei ed Polynicis in Adrasti aedes, obstat verbum *οἴκαδε,* quod apud epicos certe poetas semper Latinorum est in patriam. Apud Solonem, Theognidem, Xenophanem quidem haud raro domum significat. Apparet hoc loco, in primo Thebaidis libro Tydei et Polynicis ad Adrastum conventum descriptum fuisse.

Primae secundaeque personae analogiam secutus, ut ex *νῶϊ - νώ,* ex *σφῶϊ - σφώ* contractione quadam profectum est, sic Antimachus ex *σφωέ* illo, tertiae personae duali, finxit *σφώ,* qua forma quamquam linguae leges non laeduntur, alibi tamen ea nusquam legitur. Homero bisyllaba forma quum usitata sit, Apollon. l. l. recte docet Il. X, 546. scribendum esse: *ἤ τίς σφωε πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας,* non *ἤ τίς σφω ἔπορεν.* Sic etiam Il. XVIII, 531. *εἰ μὴ σφω' Αἴαντε* plenum

esse *σφωέ;* itaque *σφω'* cum apostropho exarari debet. Addimus reliqua, quae ex Antimacho laudat Apollonius.

XI. (D. 29.)

ἔδρακε νῶε μολοῦσα.

Idem p. 373. B. *Διὰ τοῦ ε̄ ἡ νῶε παρὰ Ἀντιμάχῳ ἐνθηβεσιν ἔδρακε ν. μ.* dum vulgaris forma est *νῶϊ* et *νώ*. In casibus rectis dualis pronominum personalium utraque littera, et $\bar{\iota}$ et $\bar{\varepsilon}$, orta ex primitiva pluralis terminatione $\overline{\varepsilon\varsigma}$, $\overline{\varepsilon\iota\varsigma}$, Latinorum es, is, Graecis usitata est et eandem proprie habet vim; sed constituit usus, ut in $\bar{\varepsilon}$ sola tertia persona exiret *σφωέ*, litteram $\bar{\iota}$ tenerent prima persona et secunda, *νῶϊ*, *σφῶϊ*, unde $\bar{\iota}$ sublato *νώ* et *σφώ*. Quod discrimen formationis ortum videtur, ut distinguerentur secunda et tertia persona. Praeter Antimachi illud fr. unum tantum eiusmodi terminationis habemus exemplum, quod ex Corinna idem Apollonius attulit (fr. 16. ap. Ahrens.).

Ut autem fr. Antimachi respiciamus, dubitari potest, utrum corruptum illud *ἐνθηβεσιν* cum Antimachi verbis coniungamus, an sint verba citantis. Illud si statueremus, scribendum esset *ἐν Θήβησιν*, quod ad finem antecedentis versus relegari posset, vel:

ἐν Θήβησιν, ἵν' ἔδρακε νῶε μολοῦσα.

Sed praeferimus alteram rationem, *ἐνθηβεσιν* scriptoris imprudentia ex *ἐν Θηβαΐδι* ortum esse.

XII. (D. 30.)

σφωΐτερον μῦθον. — σφωϊτέρην ὀϊζύν.

Idem p. 401. B. tradit Antimachum praeter pronomen secundae pers. dual. possess. *σφωΐτερον μῦθον* (de Eteocle et Polynice), tertiae quoque personae eandem habere formam: *σφωϊτέρην ὀϊζύν*, de Tydeo et Polynice dictam. *Σφωΐτερος* semel tantum apud Homerum legitur (Il. I, 216.

σφωΐτερον ἔπος), secundae personae dual possess., derivatum a σφῶϊ. Eandem formam ex σφωέ, tertiae personae duali, finxit Antimachus Graecis non vulgarem. Sed certos tamen angustosque ei voci fines posuit. Recentiores, in quibus praecipue Apollonius Rhodius, latius evagati sunt. Is enim eodem plane sensu, quo utitur pronomine σφέτερος, illam formam adhibuit. Idem usus, sed rarior est apud Nonnum. Vide Lehrs. Quaestt. epicc. p. 260; sed ea re vir doctus falsus est, quod recentiorem hanc pronominum σφέτερος et σφωΐτερος permutationem ab Antimacho primo fluxisse tradit. — Cf. de rebus supra tractatis Buttm. Lexil. I. p. 48 sqq.

XIII. (D. 106.)

Idem p. 366. A. τῇ τὶν σύζυγος ἡ ἰν, τοῦ τ ἀρθέντος. Ἡσίοδος· ἰν δ' αὐτῷ θανάτου ταμίης. ἔστι δὲ καὶ ἡ εΐν ἀπὸ τῆς τεΐν παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Κορίννῃ, ἐπὶ δοτικῆς ἔσθ' ὅτε παραλαμβανομένη. — In Cod. spiritus scripti non sunt. Bekkerus asperum praetulit ἵν, ἑΐν, alii malunt ἴν (Ruhnk. ep. crit. I. p. 114.), nitentes Hesychio s. v. εἶν, ἴν et ἴν αὐτῷ. Sed in Hesychio non dubitamus scribere ἑΐν, ἵν et ἵν αὐτῷ, ut congruant cum formis οἷ et ἑοῖ. Syllaba ιν congruit cum vulgari terminatione οι. Haec enim ex antiquiore ιν profecta est, littera ν abiecta et ι in οι dilatata. Restitit primitiva forma in plurali et duali pronominum personalium et in Doriensium formulis ἐμίν pro ἐμοί, τίν pro τοί etc.; sic ἵν pro οἷ, ἑΐν pro ἑοῖ. Vestigium antiquae illius formationis haesit etiam in Homerico τεΐν (Il. XI, 201. Od. IV, 619. 829. XI, 560. XV, 119.). — Bekk. pro ἐπὶ δοτικῆς ἔσθ' ὅτε παραλαμβανομένη proposuit ἐπὶ αἰτιατικῆς κτλ. Recte fortasse; τίν quidem accusativi vice a Corinna adhibitum ab Apollon. p. 365. affertur (cf. Ahrens. de diall. Aeoll. p. 207.), eadem accusativi forma est in Theocr. Id. XI, 39. et Hesychius ἴν explicat αὐτήν, αὐτόν, et eiusdem εἶν, ἀντωνυμία, ἐκεῖνος scribendum videtur ἑΐν, ἀντ., ἐκεῖνον: sed, puto, codicis lectionem temere mutare non licet.

XIV. (D. 8.)

Interpres Maii Virg. Aen. X, 565. **Homerus amicum Aegaeonem dicit Iovis. Sed Antimachus in III Thebaidos dicit adversus eum armatum.** — Locus Homeri, ad quem Scholiasta respicit, est Il. I, 402., ubi Aegaeo sive Briareus, qui sub terra vinculis adstrictus tenebatur, Iovi a Iunone et Neptuno et Minerva impugnato a Tethye arcessitus succurrisse traditur. Etiam in Hesiodi Theogonia (616 sqq.) cum Cotto et Gye vinculis solvitur Briareus, ut contra Titanes subveniat Iovi. Apud utrumque igitur poetam Iovis est satelles; sed alii in Titanum et Olympiorum certamine Iovis hostem eum fuisse voluerunt. Inter quos est Eumelus poeta, qui in Titanomachia Titanibus eum socium attribuit. Schol. Apoll. Rh. I, 1165. *Εὔμηλος δὲ ἐν τῇ Τιτανομαχίᾳ τὸν Αἰγαίωνα γῆς καὶ πόντου φησὶν παῖδα, κατοικοῦντα δὲ ἐν τῇ θαλάσσῃ τοῖς Τιτᾶσι συμμαχεῖν.* Eundem secutus videtur Antimachus, qui in Thebaide, ut Virgilius in Aen. X, 565. Aeneam, et Statius in Theb. II, 595 sqq. Tydeum, sic Tydeum vel alium Argivorum heroem cum Aegaeone contra Iovem pugnante fortasse comparavit. Coniungendum videtur cum hoc loco fr. sequens.

XV. (D. 43.)

Γηγενέας τε θεοὺς προτερηγενέας Τιτῆνας.

Vita Arati ap. Buhl. p. 441. in ἐξηγήσει ad v. 15 sqq. *Χαῖρε, πάτερ — αὐτὸς καὶ προτέρη γενεή. Ἤτοι οἱ Τιτᾶνες. Ἴσως καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ· Γηγενέας κ. τ. λ.* — Versus fortasse sumptus est ex loco, quo Titanum cum deis Olympiis certamen descriptum erat. Titanes hic Cronidis in antecedenti versu memoratis oppositi videntur eadem ratione, qua Hes. Theog. 630. *Τιτῆνές τε θεοὶ καὶ ὅσοι Κρόνου ἐξεγένοντο.* — Inter *προτερηγενέας* et *Τιτῆνας* legebatur *τε*, in quo neque Duentzerus neque Duebnerus haeserunt. Delen-

dum esse τε luce clarius est. Vide Schneidew. censur. Duentzer. fragmm. epp. poett. in Diarr. litt. Gotting. 1840. N. 108. p. 1072 sqq. In Τιτῆνες prima syllaba semper est longa, et γηγενέες θεοὶ non, ut opinabatur Duebnerus, de Gigantibus, sed de ipsis Titanibus intelligendum est. Terra enim et Coelo geniti sunt.

Sequitur fasciculus fragmentorum ex Athen. XI. sumptorum; p. 468. A. Ἀντίμαχος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος φησί·

XVI. (Sch. 9. D. 13.)

Πάντα μάλ', ὅσσ' Ἄδραστος ἐποιχομένους ἐκέλευσε
Ῥεξέμεν· ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν δ' ἀσκηθὲς μέλι χεῦαν
Ἀργυρέῳ κρητῆρι περιφραδέως κερόωντες.
Νώμησαν δὲ δέπαστρα θοῶς βασιλεῦσιν Ἀχαιῶν
Ἐκ χερὸς εἰστιῶσι, καὶ ἐς λοιβὴν χέον εἶθαρ
Χρυσείῃ προχόῳ —

καὶ πάλιν·

XVII. (Sch. 10. D. 10.)

Ἄλλοι δὲ κρητῆρα πανάργυρον ἠὲ δέπαστρα
Οἰσόντων χρύσεια, τά τ' ἐν μεγάροισιν ἐμοῖσι
Κείαται —

κἀν τοῖς ἑξῆς δέ φησι·

XVIII. (Sch. 11. D. 11.)

Καὶ χρύσεια δέπαστρα καὶ ἀσκηθὲς κελέβειον
Ἔμπλειον μέλιτος, τό ῥά οἱ προφερέστερον εἴη.

Deinde p. 475. D. καὶ γὰρ Ἀντίμαχος ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος φησί·

XIX. (Sch. 12. D. 9.)

Κήρυκας ἀθανάτοισι φέρειν μέλανος οἴνοιο

Ἀσκὸν ἐνίπλειον κελεβήϊον, ὅττι φέριστον
Οἶσιν ἐνὶ μεγάροις κεῖται μέλιτος πεπληθός.
καὶ πάλιν·

XX. (Sch. 13. D. 12.)

— ἀτὰρ ἀμφίθετον κελέβειον ἑλόντες
Ἔμπλειον μέλιτος, τό ῥά οἱ προφερέστερον εἴη.
Ἀλλαχοῦ δέ φησι· (fr. XVI.).

Tum p. 482. F. Ἀντίμαχος δ' ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος·

XXI. (Sch. 14. D. 14.)

Πᾶσιν δ' ἡγεμόνεσσιν ἐποιχόμενοι κήρυκες
Χρύσεα καλὰ κύπελλα τετυγμένα νωμήσαντο.

Sic frr. scripsit Schellenbergius. Agunt de rebus convivalibus. Fr. 16. 19. 21. citata sunt ex quinto Thebaidis libro, in quo convivium, quod Adrastus heroibus contra Thebas profecturis apparavit, descriptum esse facile ex ipsis fragmentorum verbis concluditur. Athen. XI. princ. παρὰ τῷ Ἀδράστῳ καθίσαντες οἱ ἀριστεῖς δειπνοῦσιν. Reliqua frr. ibidem posita fuisse certis quidem verbis non indicatur; sed quum aliqua ex parte illis respondeant et eiusmodi res contineant, quas in illa descriptione infuisse necesse est, ex eadem Athenaeum ea sumpsisse verisimillimum est. Welcker. (in Zimmerm. Diarr. Scholastt. 1832. II. N. 15.) fr. 17. et 18. pertinere opinatur ad convivium ab Adrasto Epigonis exstructum, quo in enarrando Antimachus multa ex priore convivio consulto repetierit. Quod Epigonorum convivium quamquam ab Antimacho descriptum esse haud improbabile est, frr. tamen illa a reliquis discernere non audeo. Ut fr. 18. separaret, vir doctus videtur commotus esse similitudine fr. 20., in quo pro Schellenbergii εἴη ex codd. ᾖεν restitutum est. Sed eam ipsam ob rem coniungenda mihi videntur. Videmus Adrastum in aliis frr., quod fieri vult, iubere, in aliis id, quod iussum est, perfici. Iam vero poetae epici

si eiusmodi res enarrant, eadem fere verba repetere solent. Quare fr. 18. et 20. ita sibi respondere censemus, ut alterum Adrasti contineat iussa, in altero ea perficiantur. Eadem ratio intercedit inter fr. 17. et 16., neque cur fr. 17. Welckerus semoverit exputo. Ex Athenaei enim verbis nihil licet concludere. Neque vero in eo haerendum est, quod in eodem convivio identidem mel affertur et pocula distribuuntur. Ordo fragmentorum certo constitui nequit; sed hoc ratum est, ut fr. 18. ante fr. 20., ita fr. 17. ante fr. 16. positum fuisse.

Fr. XVI. v. 1. scribe Ἄδρηστος. In fr. 41. apud omnes qui citant scriptores est Ἄδρηστος et Ἀδρήστεια; in hoc fr. cod. A, omnium veterrimus, praebet Ἄδρηστος, B. Ἄνδρηστος; in recentioribus codd. abiit in Ἄδραστος. Vide supra ad fr. 3. — v. 2. Schellenbergii χεῦαν pro codicum χεῦε et χεῦεν est necessarium. In v. 5. ἐκ χερὸς εἰστιῶσι, quod olim erat in libris, Iacobsius (Append. ad Porson. Adverss. p. 320.) mutavit in ἐνσχερὼ εἰστιόωσι. ἐνσχερώ, quo cod. A ἐκχερὼς perducit, sine dubio recte, sed magis placet Hermanni ἐνσχερὼ ἑστηῶσι, quod proxime accedit ad codd. ABP scripturam ἐστιῶσι; nisi forte sedendi notionem quaerens propter Athenaei verba supra allata, παρὰ τῷ Ἀδράστῳ καθίσαντες οἱ ἀριστεῖς δειπνοῦσιν, scribere malis ἑδριόωσι. Homerus multis locis de epulantibus eiusmodi dictiones adhibens (Od. I, 145. III, 389. ἑξείης ἕζοντο. IX, 8. ἥμενοι ἑξείης. all. loc.), verbi tamen ἑδριᾶν, aeque atque Hesiodus (Th. 388.), solo medio usus est; sed activum legis apud Alexandrinos poetas, quibus Antimachus proximus. Sic Apoll. Rh. III, 170. de remigibus in transtris considentibus ἐπισχερὼ ἑδριόωντες, quem secutus est Orph. Arg. 807. ἑξείης ἑδριόωντας. cf. Ap. Rh. II, 1040.

Fr. XVII. ἄλλοι, quod Schellenb. coniecit, cod. A auctoritate firmatur. P et. V ἄλλος, L ἄλλοις. ἠὲ muta in ἠδὲ, quod legitur in cod. B; ibidem pro vulgari κείαται est κεῖται; recte an secus, nescitur.

In Fr. XVIII. recurrit ἀσκηθές, quod in fr. 16. coniunctum cum melle, hoc loco attribuitur poculo. Ad epicam dictionem ubi animadvertimus, ἀσκηθής semper de eis dicitur, qui integri atque salvi aliquo pervenerint, de hominibus, de navibus. Recentiores tamen epici interdum longius ab hoc usu recesserunt, ut Orpheus Argon. 677. τοὺς δὲ (sc. Phinei parentes ab hoc coecatos) καὶ ἀσκηθεῖς καὶ ὀπωπότας αὖθις ἔτευξαν Παῖδε κλυτοῦ Βορέω. Quem ad usum posteriorum perduxisse videntur coniunctiones, qualis est Od. XIV, 255. ἀσκηθεῖς καὶ ἄνουσοι ἥμεθα; neque tamen hoc loco pristina illa significatio, quam statuimus, interiit; dictum enim est de prospere navigantibus. Alia ratio est vocis ἀσκητός, quae ex ἀσκεῖν, eodem verbo quo illa, orta est. Ἀσκεῖν ut est artificiose aliquid conficere, sic ἀσκητός de rebus dicitur arte et cura confectis. Il. XIV, 178. ἑανὸν, ὅν οἱ Ἀθήνη ἔξυσ' ἀσκήσασα, et Od. IV, 134. ἀσκητὸν νῆμα. cf. Od. XXIII, 198. et ibid. 189. ἐν λέχει ἀσκητῷ. Pari modo ex Il. XXIII, 741. ἀργύρεον κρητῆρα τετυγμένον — ἀσκήσασα licet derivare ἀσκητὸν κρητῆρα et ἀσκητὸν κελέβειον, quod in hunc Antimachi locum non iniuria mihi videor inferre. In fr. 16. autem pro ἀσκηθές μέλι ponendum erit ἄκρητον μέλι vel ἀσκητῷ — κρητῆρι. — Deinde et in hoc et in fr. 20. pro προφερέστερον scribendum esse suspicor προφερέστατον, ut in fr. 19. legitur φέριστον.

Fr. XIX. v. 1. ἀθανάτοισι et metrum et sensus spernit. Blomfieldii (Diatribe de Antimacho in Diar. Classic. N. VII.) κηρύξας ἄλλοισι displicet. Κήρυκας retinendum est; vide fr. 21. Duentzerus in Frr. κήρυκας ἀγοῖσι, postea de errore admonitus Addend. p. 38. καὶ κήρ. se voluisse ait. Schweighaeus. δ' αὐτοῖσι. Iacobs. ταγοῖσι. Ipse in Animadv. meis κήρυκας θ' ἅμα τοῖσι, quae verba facile a librario imprudente poterant in unum conglutinari. Iacobsius, quem eandem coniecturam postea protulisse valde laetor, in Zimmerm. Diarr. 1841. p. 763. conferri iubet Il. I, 348. ἡ δ' ἀέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν. Il. X, 196. XX, 36. adde Il. XIX,

248. Schwenckius in Mus. Rhen. (1843) II, 3. p. 463 sqq. in primo huius fr. versu sola verba *κήρυκας φέρειν* Antimachi esse vult; quia in his frr. tantum de melle sermo sit, reiicit *μέλανος οἴνοιο*, quod ex Hom. Od. V, 265. (*ἀσκὸν μέλανος οἴνοιο*) ab aliquo huic fr. additum sit. — In sequentibus de Casauboni scriptura *ἐνίπλειον*, quae codice A *ἐνὶ πλεῖον* et Pal. et ed. Venet. *ἔνι πλεῖον* confirmatur, non dubitandum est. *Ἐνίπλειος* legitur etiam saepius in Homero. Od. XIV, 113. XVII, 300. Supervacanea igitur Blomfieldii *ἀσκὸν ἑοῖ πλεῖον* et Duentzeri *ἀσκὸν ἔτ' ἔμπλειον*. In eodem versu *θ'* post *κελέβειον* a Schweighaeus. recte interpositum scrupulos, quibus Schellenberg. laborat, removit, sensumque optime restituit.

His omnibus pertractatis fragmenta sic scribimus:

(*XVII.*) *Ἄλλοι δὲ κρητῆρα πανάργυρον ἠδὲ δέπαστρα*
Οἰσόντων χρύσεια, τά τ' ἐν μεγάροισιν ἐμοῖσι
Κείαται —.

(*XVI.*) *Πάντα μάλ', ὅσσ' Ἄδρηστος ἐποιχομένους ἐκέλευσε*
Ῥεξέμεν· ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν δ' ἄκρητον μέλι χεῦαν
Ἀργυρέῳ κρητῆρι περιφραδέως κερόωντες.
Νώμησαν δὲ δέπαστρα θοῶς βασιλεῦσιν Ἀχαιῶν
Ἐνσχερὼ ἑστηῶσι, καὶ ἐς λοιβὴν χέον εἶθαρ
Χρυσείῃ προχόῳ —.

(*XVIII.*) *Καὶ χρύσεια δέπαστρα καὶ ἄσκητον κελέβειον*
Ἔμπλειον μέλιτος, τό ῥά οἱ προφερέστατον εἴη.

(*XX.*) *— ἀτὰρ ἀμφίθετον κελέβειον ἑλόντες*
Ἔμπλειον μέλιτος, τό ῥά οἱ προφερέστατον ἦεν.

(*XIX.*) *Κήρυκας θ' ἅμα τοῖσι φέρειν μέλανος οἴνοιο*
Ἀσκὸν ἐνίπλειον κελέβειον θ' ὅττι φέριστον
Οἶσιν ἐνὶ μεγάροις κεῖται μέλιτος πεπληθός.

(*XXI.*) *Πᾶσιν δ' ἡγεμόνεσσιν ἐποιχόμενοι κήρυκες*
Χρύσεα καλὰ κύπελλα τετυγμένα νωμήσαντο.

XXII. (Sch. 63. D. 15.)

Πλῆσεν δ' ἄρ' ἐπιστράψας δέπαστρον.

quod in Et. M. p. 443, 55. legitur, hoc loco reposuimus, quoniam et ipsum ad res convivales spectat. Quid Etymologus velit eis, quae addit, verbis: *οὐχ ὑγιῶς ἐχρήσατο τῷ σημαινομένῳ* (sc. *δεπάστρῳ*). *ἐπεθήκαμεν γὰρ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου τὴν λέξιν, τὸ δεπαζόμενον. αὐτὸς δὲ ἀντὶ τοῦ δεπάζοντος, ὡς εἰ πινόμενον εἰρήκει ἀντὶ τοῦ πίνοντος*, plane non perspicitur. Fortasse, quod me docuit G. Hermannus, dicere vult, *δέπαστρον* non esse id, quod impleatur, sed quod impleat, ita ut *δεπάστρου* legisse grammaticus videatur. Nos *δέπαστρον* eodem sensu, quo in antecedentibus est fragmentis, accipiamus oportet. In verbo *ἐπιστράψας*, quod teste Duebnero *ἐπιστρέψας* scriptum est in Cod. Reg. 2654., verbum *ἐπιστέφειν* vel *ἐπιστέφεσθαι* latere, recte viderunt VV. DD.; ante *δέπαστρον* autem altera desideratur brevis syllaba. Quam ob causam Iacobsius *ἐπιστέψας τὸ δέπαστρον*; ipse in Animadvv. meis *πλῆρες δ' ἄρ' ἐπεστέψαντο δέπαστρον*, quod ab Homero solum medium usurparetur; nunc monente Hermanno accedo ad Blomf. et Spohnii (de extr. Od. parte p. 208.) *ἐπιστέψασα.* Coniungimus cum his:

XXIII.

Αὐτίκα δ' ἠθείοισιν ἀναπτύσσων φάτο μῦθον.

Et. Gud. p. 238. v. *ἠθεῖος.* — *σημαίνει δὲ φρόνησιν* (scr. *προςφώνησιν*) *νεωτέρου πρὸς παλαιότερον, καί τινες μὲν λέγουσιν, ὅτι πρὸς ἀδελφὸν μόνον λέγεται. οὐ καλῶς λέγουσι.* — *Εὔμαιος περὶ Ὀδυσσέως· „ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω καὶ νόσφιν ἐόντα.“ Ἰστέον δὲ, ὅτι ὁ Ἀντίμαχος ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ λέξει, μὴ ποιήσας τινὰ λέγοντα αὐτὴν, ἀλλ' αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἑλόμενος ἐχρήσατο λέγων· Αὐτίκα κ. τ. λ. σημαίνει δὲ ἐνταῦθα τοῖς οἰκείοις φίλοις, ταῦτα δὴ λέγων περὶ τοῦ Ἀδράστου* (sic enim

Schneidewinus in Exercitt. critt. p. 27. correxit verba *παρὰ τὸν ἄνδρα σου.*). *Ἠθεῖος* in Iliade iunioris ad maiorem aetate fratrem semper est allocutio; quam ob rem nonnulli dixerunt, *ὅτι πρὸς ἀδελφὸν μόνον λέγεται.* Quam opinionem ut refutaret Etymologus citavit Eumaei de Ulixe verba Od. XIV, 147., quo loco vocis illius significatio atque usus latius patet. Sed his quoque in verbis *ἠθεῖος* allocutionis naturam nondum plane deposuit. Antimachus autem longius ab Homerica dictione recedens tam artis finibus vocem non continuit. Significavit enim ea, non in colloquio appellandi causa pronuntiata, homines familiaritate et cognatione coniunctos, *τοὺς οἰκείους φίλους.* Latior usus est etiam apud Ap. Rh. Vide II, 1219. III, 53.

XXIV. (Sch. 16. D. 17.)

Ἐν δὲ σὺ τοῖσι μάλα πρόφρων ἐπίκουρος ἀμορβῶν
Ὡμίλησας, ἕως διεπέρσατε Δύμιον ἄστυ.

Ex libro quinto Thebaidis citat Steph. Byz. s. v. *Δύμη. Λέγεται καὶ Δύμιος· Ἀντίμαχος ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος.* Sumptum videtur ex colloquio heroum apud Adrastum convivantium. In codd. legitur *ὡμιλήσαε, ὡς,* ex quo cum Iacobsio (Animadvv. ad Athen. p. 258.) et Adr. Heringa (Observatt. p. 230.) *ὡμίλησας ἕως* restituimus, vel *ὡμίλησας ὅπως.* Schellenbergius locum parum intellexit; *ἀμορβῶν* enim genitivum esse opinatur substantivi *ἀμορβός,* itaque *ἐπίκουρον ἀμορβῶν* ducem militum esse auxiliarium probare studebat. Sed ducis sive praefecti notio in v. *ἐπίκουρος* non inest, neque eiusmodi notionem hoc loco captare cogimur. *Ἀμορβῶν* enim est participium verbi *ἀμορβέω* et Antimacho videtur fuisse epitheton sociorum perpetuum, quo significaret auxiliatorem eos, quibus auxilio venerit, fideliter sequentem. De vocibus *ἀμορβός, ἀμορβάς* (Ap. Rh. III, 881.) *ἀμόρβαιος, ἀμορβεύω,* quibus Antimacheum *ἀμορβέω* accedit, Callimacho, Nicandro, Apollonio, Oppiano usitatis cf. Spanh. ad Callim. H. Dian. 45. add. fragm. Blomf.

475. Hesychius verbum *ἁμορβεύω*, ab *ἅμα* et *ὁρμᾶν* ortum, explicat *ἀκολουθεῖν καὶ ὑπηρετεῖν*.

XXV. (Sch. 15. D. 16.)

Ὡς ἐπαπειλήτην, ὥςπερ Καυκωνίδα Δύμην
Ἐπραθέτην, παίδεσσιν Ἐπειῶν ἀρχεύοντες.

Citat Tzetz. ad. Lycophr. 591. — Pro vulgari *ὡς ἐπαπειλήτην* scribimus *ὥς ἐπ.*, „sic (sese deleturos esse) minitabantur, ut Dymen delevissent. Duebneri enim *ὧδ'* vel *ὥ* facile caremus. Pro *ἀρχεύοντες* solus Viteb. 2. habet *ἀρχεύοντε*, sed a vulgari lectione recedere non opus est. Verba ad eandem rem, quae memoratur in fr. antecedenti, spectantia de Molionibus, Euryto et Cteato, dicta videntur. Eos enim, Augeae Epeorum regis cognatos, bella contra hostes eius gessisse scimus (Hom. Il. XI, 709 sqq. Apollod. II, 7, 2.), et quamquam Dymen eos expugnasse alibi nusquam legitur, tamen, quum Dyme finitima esset Epeis, eiusmodi fabula inter antiquos potuit ferri. Num ad Olenum urbem, id quod vult Welckerus (in Zimmerm. Diarr. ad fr. 16. laudatis), frr. referri possint, dubito. Verba quidem *Δύμιον ἄστυ* in fr. antecedenti ita liceret interpretari, quum Dymaeos Olenum translatos esse testetur Strab. VIII. p. 386; sed in hoc fr. verba *Καυκωνίδα Δύμην* de Oleno vix possunt intelligi. Ad haec Antimachi verba spectant Strab. VIII. p. 387. *Τοῦ δὲ Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρεῖσθαι αὐτὸ μέχρι δεῦρο καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω* (p. 345.) *προείπομεν· οἱ δὲ ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινός*; cf. eund. p. 342. et 345. et Steph. Byz. v. *Δύμη. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτὴν ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ.*

XXVI. (Sch. 18. D. 20.)

Ἄδρηστος Ταλαοῦ υἱὸς Κρηθηϊάδαο
Πρώτιστος Δαναῶν εὐαινέτω ἤλασεν ἵππω,
Καιρόν τε κραιπνὸν καὶ Ἀρείονα Θελπουσαῖον.

Τόν ῥά τ' Ἀπόλλωνος σχεδὸν ἄλσεος Ὀγκαίοιο
Αὐτὴ γαῖ' ἀνέδωκε, σέβας θνητοῖσιν ἰδέσθαι.

Hoc in fr. a Pausan. Arcad. c. 25. p. 650. exhibito sermo est de Argivis aut contra hostem exeuntibus, aut ludos in Archemori puelli obitum facientibus. Hoc ut praeferamus, ea re commovemur, quod etiam in Statii Theb. VI. eorundem ludorum descriptionem legimus sic v. 301. iucipientem: „Ducitur ante omnes rutilae manifestus Arion Igne iubae", qui versus ad Antimacheorum verborum memoriam primo nos obtutu excitat. Sequitur apud Statium maior de Arione equo, qui magna apud veteres famae celebritate fuit, excursus, et Antimachus quoque, qui quamcunque rem uberrime enarrandam et exornandam avide captabat, latius sine dubio per digressionem de eodem exposuit. Itaque etiam ex eis quae sequuntur de Arione frr. cum his versibus nonnulla coniuncta fuisse videntur. — Thelpusae incolae, teste Pausania l. l., Neptunum narrant prope Oncium in Thelpusia regione cum Cerere Erinye congressum praeter filiam sancti et solis initiatis aperiendi nominis Arionem equum procreasse. Quam de Arione fabulam confirmare studebant verbis Il. XXIII, 347. ad Arionem spectantibus:

Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν.

et Thebaidis Cyclicae versu:

Εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρείονι κυανοχαίτῃ.

In altero enim versu *ἐκ θεόφιν*, in altero adiectivum *κυανοχαίτης* ad Neptunum insignire volunt. Antimachus autem Cererem terram esse vel docte ratiocinatus vel mystica religione instructus, ab illorum narratione diversus fuit. Cereris Erinyos a Thelpusiis prope Ladonem fluvium cultae praeter Pausaniam mentionem faciunt Callim. fr. 207. Bentl. Lycophr. 152. 1043. 1225. Quam rem Thelpusii Arcades ad suam regionem trahunt, eandem ad Delphusam, Boeotiae prope Haliartum fontem, cuius non minus quam Arcadicae urbis in nomine scribendo variatur (*Θέλπουσα, Τίλφουσα, Τέλφουσα,*

Τέλφουσσα, Θάλπουσα), facta ferebantur. Schol. A. et B. Il. XXIII, 346. *Ποσειδῶν ἐρασθεὶς Ἐριννύος καὶ μεταβαλὼν τὴν αὐτοῦ φύσιν εἰς ἵππον ἐμίγη κατὰ Βοιωτίαν παρὰ τῇ Τιλφούσᾳ κρήνῃ· ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἵππον ἐγέννησεν, ὃς διὰ τὸ κρατίστειν Ἀρείων ἐκλήθη. Κοπρεὺς δὲ, Ἁλιάρτου βασιλεύων πόλεως Βοιωτίας, ἔλαβε δῶρον αὐτὸν παρὰ Ποσειδῶνος. οὗτος δὲ αὐτὸν Ἡρακλεῖ ἐχαρίσατο γενομένῳ πρὸς αὐτόν· τούτῳ δὲ διαγωνισάμενος Ἡρακλῆς πρὸς Κύκνον, τὸν Ἄρεως υἱὸν, καθ' ἱπποδρομίαν ἐνίκησεν ἐν τῷ τοῦ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ, ὅ ἐστι πρὸς Τρήχῖνι* (sic scribe pro *Τροιζῆνι.*). *εἶθ' ὕστερον οὗτος ὁ Ἡρακλῆς Ἀδράστῳ τὸν πῶλον παρέσχεν, ὑφ' οὗ μόνος ὁ Ἄδραστος ἐκ τοῦ Θηβαϊκοῦ πολέμου διεσώθη, τῶν ἄλλων ἀπολομένων. ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς.* Qua ex re utriusque loci antiqua coniunctio apparet. Cereris Erinyos, quam Cereri Europae antiquissimis temporibus cultae cognatam fuisse verisimile est, ut omnino Cereris, pristina natura est deae terrestris, cui quoniam plantae non solum florentes sed etiam morientes sunt sacrae, neque solum fertilitatis sed etiam sterilitatis causa plantarum et frugum e terra nascentium attribuitur, etiam moerens et irata esse fingebatur. Ut Ceres Erinys terrestris fuit dea religionis antiquissimorum temporum symbolicae, sic Arion et ipse, Cereris i. e. Terrae et Neptuni, aquarum dei, filius, deus fuit terrestris. Nomen eius portendit ad vocem *Ἄρης*, qui priscis temporibus atrox terrae deus saevis et cruentis sacrificiis colebatur. Thebarum hic princeps fuit deus, cuius ira bella et calamitates, quae in hanc urbem irruerunt, omnes excitatae sunt. Unde belli deus Mars factus est. Percommode igitur Arion, qui, quum aeque ac parentes, Ceres Erinys et Neptunus, equi forma indutus priscis temporibus cogitatus esset, postea ex deorum ordine detrusus divinis heroum equis adscriptus est, Adrasto Thebas bello vexanti additur. Posteriore aetate quum pristina Arionis natura et origo in oblivione iaceret, poetae alios ei tribuerunt parentes, quibus celeritatem equi significarent. Itaque ut ab Homero (Il. XVI, 150.) Achillis equi, sic a Quinto Smyrnaeo (Posth. IV, 569.)

Arion Harpyia et Zephyro procreatus dicitur. *Καιρός*, Tempus, alter est Adrasti equus aeque ac *Χρόνος* inter Solis equos memoratur. Schol. Eur. Phoen. 3. Itaque minus recte Iacobsius ad Anthol. Palat. 455., quoniam equi interdum appellarentur avium nominibus, pro *Καιρόν* proposuit *Κίρκον*.

V. 1. in Paus. Codd. legitur *Ἄδραστος*, scr. *Ἄδρηστος*; vide ad fr. 16. Vulgo scribitur *Ταλαῷ*, sed rectius *Ταλαώ*. Choeroboscus in Bekk. Anecdd. III. p. 1223. *τὰ ἀπὸ Ἀττικῶν γενικῶν κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο̅ γιγνόμενα, εἰ μὲν ἀπὸ ὀξυτόνων γενικῶν Ἀττικῶν ὦσι, προπερισπῶνται, οἷον Πετεώ, Πετεῷο* (citantur Il. II, 552. et IV, 338.), *Ταλαώ, Ταλαῷο, ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ*. Antimachus igitur forma *Ταλαῷο* usus est; itaque Siebelis (Paus. edit.) et Bergkius (Zimmerm. Ephem. litt. antiqu. 1837. N. 55.) eosque secutus Duebnerus nostro loco praeferunt *Ταλαῷ'*. Sed non sequitur ex Choerobosci verbis alteram genitivi terminationem *Ταλαώ* Antimachum sprevisse; neque formas eo consilio, ut syllabam in metro deficientem compensarent, creatas, ubi syllaba ea non desiderabatur, poetae amputasse, sed vulgaribus formis usi videntur. Quam ob causam secundae declinationis terminatio o̅ι̅o̅ apostropho non decurtatur. — In v. 2. vulgo *περ ἐπαινετῷ*; hinc Blomfield. *παρ' ἐπαινετῷ*; ipse olim in Animadvv. respiciens ad Antimachi fr. 45. tuebar *πόδας αἰνετῷ*; sed grato animo amplector, quod G. Hermannus mecum communicavit, *εὐαινέτω*, quam ad scripturam plurimorum codd. vestigia perducunt. Siebelis *νέῳ αἰνετῷ*, Schubart. et Walz. *ἑῷ αἰνετῷ*. — *Ἀρείονα* pro vulgari *Ἀρίονα* ponendum esse monet Eustath. ad Il. XXIII, 346; equum enim scribi *Ἀρείονα*, poetam *Ἀρίονα*.

XXVII. (Sch. 19. D. 21.)

Ὅς ῥα τότ' Ἀδρήστῳ τριτάτῳ δέδμηθ' ὑπ' ἄνακτι.

Pausan. Arcad. c. 25. p. 651. de Arione: *Λέγεται δὲ καὶ τοιάδε· Ἡρακλέα πολεμοῦντα Ἠλείοις αἰτῆσαι παρ'*

Ὄγκου τὸν ἵππον καὶ ἑλεῖν τὴν Ἦλιν ἐπὶ τῷ Ἀρίονι ὀχούμενον ἐς τὰς μάχας· δοθῆναι δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους ὕστερον Ἀδράστῳ τὸν ἵππον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ ἐς τὸν Ἀρίονα ἐποίησεν Ἀντίμαχος· Ὅς ῥά ποτ' Ἀδράστῳ τριτάτῳ γ' ἐδμήθ' ὑπ' ἄνακτι. Sic versus olim legebatur; sed δέδμηθ', qnod Schellenberg. reponere non nolebat, codicibus firmatur. τότ' praeferendum videtur particulae ποτ', quum Antimachus de eo loquatur tempore, quo Adrastus tenebat equum. cf. Schol. Il. XXIII, 346. ad. fr. antecedens adscriptum, quod pro Onco, primo Arionis possessore, Copreum, Haliarti regem, substituit, et Stat. Theb. VI, 302. Hic Neptunum primum ab Arione vectum tradit, deinde Herculem, qui dono dedit Adrasto.

XXVIII. (D. 73.)

Πατρί τε κυανοχαῖτα Ποσειδάωνι πεποιθώς.

Bekker. Anecdd. III. p. 1187. Ad eundem Arionem hunc versum referendum esse admonuit O. Muellerus in Aeschyl. Eumen. p. 173. Neque enim necesse est, ut fr. 26. αὐτὴ γαῖ' ἀνέδωκε sic explicemus, ut sine Neptuni interventu Arion a terra genitus sit. Versus ex Antimacho allatus est propter dativum κυανοχαῖτα iota subscripto ommisso in α breve exeuntem. De hoc dativo vide Lobeck. Paralipp. Gr. Gr. I. p. 184, quem locum ignorans Duebnerus eundem Lobeck. ad Phrynich. p. 658. citat. Ibi versum ex Tryphon. Excc. ap. Constat. Lascar. Gramm. N. 11. proferens pro κυανοχαῖτα voluit κυανοχαῖτι, quae terminatio licentiose ad tertiae declinationis similitudinem vel metri vel euphoniae causa per metaplasmum perducta esset. Tacite eam sententiam vir doctissimus improbat in Paralipp. l. l. Non metaplasmum nunc, sed regularem esse arbitratur monoptotae declinationis dativum.

XXIX. (Sch. 17. D. 22.)

Δήμητρος τόθι φασὶν Ἐρινύος εἶναι ἕδεθλον.

Paus. l. l. p. 649. *ὁμολογεῖ δὲ σφισι καὶ Ἀντίμαχος, ἐπιστρατείαν Ἀργείων ποιήσας ἐς Θήβας, καί οἱ τὸ ἔπος ἔχει· Δήμητρος κ. τ. λ.* — Allegat versum propter Cereris Erinyos cognomen, quae in agro Thelpusio veneraretur. Congruere enim poetam cum Thelpusiis, qui narrabant, ut Neptunum sibi insidiantem lateret, Cererem Onci regis armentis immixtam equae formam sumpsisse, sed a deo et ipso in equum mutato saltam esse. Quam ob causam deam iratam Erinyn appellatam esse a verbo *ἐρινύειν*, quod Arcadibus idem esset atque *ὀργίζεσθαι*. cf. Et. M. p. 374. Versus ad Arionem referendus cum antecedentibus frr. cohaesisse videtur. Ex Pausaniae loco hausit Scholiasta ad Anthol. Gr. I, 48. p. 90. (ed. Francof. 1600.): *Ἐριννὺς, ὅτι τῷ θυμῷ χρῆσθαι ἐριννύειν καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες· τούτου δὲ ἐπιθέτου καὶ Ἀντίμαχος μέμνηται, ὁ ἐπὶ στρατείαν Ἀργείων εἰς Θήβας ἔπη ποιήσας· φησὶ γάρ· Δήμητρος τόδε φασὶν Ἐριννύος εἶναι ἕδεθλον*, qui locus facile secundum Pausaniae verba corrigitur. — *τόθι* in hoc versu relativa videtur potestate positum. Vide ad fr. 3. Rectius scribitur *Ἐρινύος*, uno *ν*; Hermann. Praef. ad Soph. Ant. p. XIX, sqq.

XXX.

Ἐγγύθι δὴ προχοαὶ ποταμοῦ Λάδωνος ἴασιν.

Theodosius *περὶ κλίσεως τῶν εἰς ων βαρυτόνων* (Dindorf. ad Schol. Aristoph. Tom. III. p. 418. et Gaisford. Praef. Choerobosc. I, p. 3.) praeter Eratosthenis hemistichion *Λάδωνος περὶ χεῦμα* et Corinnae glyconeum *Λάδοντος δονακοτρόφω* praebet hunc versum Antimachi, quem Bergkius in Zimmerm. Diarr. 1841. p. 88. sic scribit:

Ἐγγύθι δὲ προχοαὶ Λάδωνος ἔσαν ποταμοῖο.

Propter quarti pedis caesuram trochaicam Meinekius Delect. p. 128. correxit:

Ἐγγύθι δὲ προχοαὶ ποταμοῦ Λάδωνος ἔασιν.

Sed perperam hic Eratostheni versum tribuit. Nos, ut supra exhibuimus. In Animadvv. olim ex Bekk. Anecdd. III. p. 1394. attulimus verba: *τὸ Λάδων (ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ) ὑπὸ Ἀντιμάχου διὰ τοῦ ω̄ κλίνεται ἀναλόγως, οἷον Λάδωνος.*

XXXI. (Sch. 28. D. 31.)

Steph. Byz. s. v. *Αἶα.* — — *Ἔστιν Αἶα καὶ Μακεδονίας πηγή, ὡς Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι.* cf. Et. M. p. 27. *Αἶα καλεῖται καὶ κρήνη ἐν Παιονίᾳ;* Strab. VII. p. 330. (509.); Eustath. ad Il. II, 850. *πηγὴ δὲ πλησίον Ἀμυδῶνος Αἶα καλεῖται, καθαρώτατον ὕδωρ ἐκδιδοῦσα εἰς τὸν Ἄξιον, ὃς ἐκ πολλῶν πληρούμενος ποταμῶν θολερὸς ῥέει.* Qua cum re ut Hom. Il. II, 850. *Ἀξίου, οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν* congrueret, veteres critici, quos etiam Strabo secutus est, versum hunc prave mutarunt in: *Ἀξίου, ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται Αἴας,* fontem Aeam intelligentes.

XXXII.

βοῦς ὀστρίμου ἐξήλασεν.

Phot. Lexic. p. 258. Herm. (p. 354. Pors.). *ὄστριμα, περίβολοι κτηνῶν καὶ οἷον ἐπαύλεις· Ἀντίμαχος Θηβαΐδι· βοῦς κ. τ. λ.* — Media syllaba vocis *ὄστριμον* brevis est; vide Lycophr. Alex. 94. Ut metrum redintegretur, scribe:

βόας ὀστρίμου ἐξήλασσεν.

Ceterum vide fr. 103. De voce *ὄστριμον* cf. Hesych. s. v. *ὄστριμον· ἐν ᾧ αἱ θεριναὶ μοναί, τόπος· οἱ δὲ ἔπαυλις.* Quem locum si cum Photio componimus, colligere licet circumseptum fuisse locum subdialem, in quo aut homines per aestatem habitabant, aut pecora continebantur. Apud Lycophronem, ut in Antimachi verbis, de stabulis intelligitur. Is. Voss. pro *ἄστριμον* vel potius *αἴθριμον* dictum esse ait.

XXXIII. (Sch. 31. D. 24.)

Schol. ad Stat. Theb. III, 466. G e m i n i v a t e s, qui

sunt Melampus et Amphiaraus: Dicunt poetam ista omnia ex Graeco poeta Antimacho deduxisse, qui et ipse (lon)gam' Thebaidem scripsit et veteribus in magno pretio habitam. — His Scholiastae verbis universe dictis intelliguntur auspicia, quae ab Amphiarao et Melampode de Argivorum profectione facta in Statii Thebaide describuntur. Quibus confirmatur, id quod etiam ex ipsa re apparet, in Antimachi quoque Thebaide Amphiarai et vaticinii et fatorum enarrationem non angustis finibus fuisse circumscriptam. Ut in Apollonii Argonauticis (I, 401 sqq.) profecturis heroibus sacra facientibus Idmon vates suam ipse mortem praedixit, ita apud Antimachum, puto, Amphiaraus Argivis, antequam contra Thebas contenderunt, et suum et ceterorum interitum vaticinatus est; sed ut Idmonem Idas maledictis prosequitur, sic, id quod ex Statio coniectura colligimus, Amphiaraum ferox increpitat Capaneus.

XXXIV. (D. 23.)

Schol. Pind. Ol. VI, 21. *Τοὺς δὲ ἵππους αὐτοῦ* (Amphiarai) *φησὶν Ἀντίμαχος εἶναι ἀσυστάτους, οἱ δὲ Θεσσάλους· ὀνόματα δὲ αὐτῶν Θόας καὶ Δίας. ὁ δὲ ἡνίοχος αὐτοῦ Βάτων ἐκαλεῖτο ἢ Σχοίνικος* (fort. *Σχοίνιχος*) *συγκαταποθεὶς αὐτῷ.* — *Θόας* et *Δίας* equorum nomina sunt derivata a *θοός* et *δίομαι.* In voce *ἀσυστάτους* propter sequens *Θεσσάλους* nomen proprium latere suspicor. Statius, qui multis in rebus Antimachum secutus est, in Theb. IV, 214. et VI, 326. Amphiarai equos furtive tradit a Cyllaro, Castoris equo, eductos esse, „dum Scythici diversus ad hostia ponti Castor Amyclaeas remo permutat habenas.“ Itaque pro *ΑΣΥΣΤΑΤΟΥΣ* scribimus *ΑΜΥΚΛΑΙΟΥΣ.* Cum eis, qui Thessalos illos equos dicunt, congruit Euphorion, *Ἀσβωτίους* eos nuncupans. Steph. Byz. s. v. *Ἀσβώτιος.* (Meinek. Euphor. fr. 19.). Vide etiam Unger. Paradox. Theb. I. p. 413, qui p. 475. addit: „Nunc eo inclinat animus, ut

a Schol. Pindar. Antimachum pro Euphorione nominatum scribendumque arbitrer pro *ἀσυστάτους* *Ἀσβωτίους*."

XXXV. (Sch. 27. D. 25.)

Ὥς ῥα τότ' Ἀργείων κολῴει στρατός.

Eustath. ad Il. II, 212. *ἐκολῴα*. Homerum dicit verbo *κολῳάω*, Antimachum *κολῳέω* usum esse, quod ut probetur, affert versum:

Ὥς ῥα τότ' Ἀργείων ἐκολώει στρατός.

qui sine dubio ex Thebaide haustus est. Ut metro verba apta essent, alii alia tentarunt. Schellenberg. vocis *ἐκολῴει* extremas syllabas legenti, ut contrahat, proponit. Blomfield. sic:

ὥς ῥα τότ' . . . . στρατὸς Ἀργείων ἐκολῴει.

Spohn. de extr. part. Odyss. p. 208.

. . . ὥς ῥα τότε στρατὸς Ἀργείων ἐκολῴει.

Simplicissima est Buttmanni (Lexil. I. p. 60.) quam supra exhibui scriptura.

XXXVI. (Sch. 79. D. 112.)

Steph. Byz. s. v. *Ἄργος· Ἀργείωνες λέγονται, ὡς Καδμείωνες· καὶ Ἀργειώνη, ὡς Ἀντίμαχος.* cf. Hesych. *Ἀργείωνας, τοὺς Ἀργείους.* De patronymicis in *ωνη* vel *ιωνη* et *ινη* exeuntibus vide Naekium de Callimachi Hecale in Naekii et Welckeri Mus. Rhen. II. p. 526. disserentem, qui multa eiusmodi exempla congessit.

XXXVII. (Sch. 29. D. 19.)

Schol. Eurip. Phoeniss. 150. *Παρθενοπαῖος, ὡς μὲν Ἀντίμαχος Ἰάσονος φησὶ Ταλαοῦ, τοῦ Βίαντος, τοῦ Ἀμυθάονος, τοῦ Κρηθέως, τοῦ Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Διός· μητρὸς δὲ Λυσιμάχης τῆς Κερκυόνος τοῦ Ποσειδῶνος, ὡς δὲ Ἑλλάνικος κ. τ. λ.* Verbum *Ἰάσονος* sine dubio corruptum poematis titulum continere videtur; nisi forte recte Matthiae illud ex *Ἰάσου* in fine Scholii

illuc retractum suspicatur. Idem stemma Parthenopaei et fratris Adrasti legimus in Apollod. I, 9, 13. et antecedentibus; sed eo differt ab Antimacho, quod Lysimachen filiam dicit Abantis, Melampodis filii. Diversus hic fuit Parthenopaeus Argivus, Talai filius, ab Arcade, Atalantae et Martis vel Milanionis filio, cuius stemma Scholiasta Eurip. laudatus ex Hellanico affert; sed iam veteres scriptores non satis accurate eos distinxerunt. Arcadem, Atalantae filium, tragici poetae in numero septem heroum contra Thebas profectorum referunt, Aeschyl. S. c. Th. 547. Soph. O. C. 1320. Eur. Phoen. 150; alii, inter quos Antimachus, Argivum. Euripides ut rem expediret, utrumque sic coniunxit Suppl. 888 sqq., ut in Arcadia natum eum Argos concessisse et posthac pro Argivo se gessisse fingeret; itaque Phoen. 1161. quodammodo urget Parthenopaeum non Argivum, sed Arcadem fuisse. Tragicos sequitur Apollod. III, 6, 3. et III, 9, 2. et Stat. Theb. IV, 561. IX, 888. alibi. De Antimacho cf. etiam Schol. Aeschyl. Sept. 549. p. 98. Steph. *Παρθενοπαῖος Ἀρκάς· Ἀντίμαχος φησὶν Ἀργεῖον αὐτὸν, οὐκ Ἀρκάδα.*

XXXVIII. (Sch. 78. D. 111.)

Steph. Byz. *Ἀμφιγένεια, πόλις Μεσσηνιακή· Στράβων ὀγδόῃ* (p. 349.). *ἔστι δὲ κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον τῆς Μακιστίας, κατὰ δὲ τὸν Ἀντίμαχον τῆς Μεσσηνίας.* Il. II, 593. Amphigenia inter Nestoris urbes memoratur. Schellenb. affert. Stat. Theb. IV, 178. Capaneo parere dati, quos fertilis nutrit Amphigenia, quo adducimur, ut ad Thebaidem hoc fr. transferamus.

XXXIX. (Sch. 30. D. 28.)

Schol. Aeschyl. S. c. Th. 166. *Ὀγκαία τοίνυν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις· Ὄγκα δὲ παρὰ Φοίνιξιν ἡ Ἀθηνᾶ· καὶ Ὀγκαῖαι πύλαι. μέμνηται τούτου καὶ Ἀντίμαχος καὶ Ῥιανός.* Ut omnino posteriorum Graecorum mos erat ac studium, ut res Graecas ex terris orientem versus sitis

deducerent et praecipue Thebanos cum Phoenicibus coniungerent, sic Scholiasta Thebanorum nomen Ὄγκα a Phoenicibus repetit. Congruit cum illo Steph. Byz. p. 216. Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν, Εὐφορίων Θρᾳκί. Ὄγκα γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας, et Apollod. III. p. 282. Schol. Aeschyl. S. c. Th. 492. vocem Aegyptiacam esse Ὄγκα tradit, pariter atque Ἀθηνᾶ Νηΐθη ab Hesych. s. v. Aegyptiis tribuitur. Sed verba illa sunt Graeca. Ὀγκαία Ἀθηνᾶ sive Ὄγκα, quae cum Cerere Erinye fortasse eadem est, colebatur quum in aliis Boeotiae locis tum in Thebanorum vico Ὄγκα (Schol. Pind. Ol. II, 39. Tzetz. Lyc. 1225.); Thebarum autem portae, quae ad vicum illum ducebant, Ὀγκαῖαι πύλαι nominatae. Vide O. Muell. Orchom. p. 121. Porta est eadem, quae Ὠγύγιος nuncupatur; Hesych. Ὄγκας Ἀθηνᾶς, τὰς Ὠγυγίους πύλας λέγει. Vide Unger. Paradox. Theb. I. p. 267. — Verba de Antimacho et Rhiano dicta μέμνηται δὲ τούτου καὶ Ἀ. καὶ Ῥ. referenda sunt et ad Athenam Oncaeam a Thebanis cultam et ad Oncaeas portas.

XL. (Sch. 69. D. 32.)

Plut. Sympos. V, 8. ubi quaesierant, quid essent apud Empedoclem μῆλα ὑπέρφλοια, p. 683. E. pergit: *Εἰπόντος οὖν ἐμοῦ ταῦτα γραμματικοί τινες ἔφασαν ὑπέρφλοια λελέχθαι τὰ μῆλα διὰ τὴν ἀκμήν. Τὸ γὰρ ἄγαν ἀκμάζειν καὶ τεθηλέναι φλοίειν ὑπὸ τῶν ποιητῶν λέγεσθαι· καὶ τὸν Ἀντίμαχον οὕτω πως*

„φλοίουσαν ὀπώραις"

εἰρηκέναι τὴν τῶν Καδμείων πόλιν. Ὁμοίως τὸν Ἄρατον ἐπὶ τοῦ Σειρίου λέγοντα· „καὶ τὰ μὲν ἔῤῥωσεν, τὸν δὲ φλόον ὤλεσε πάντα" (Phaen. 335.), *τὴν χλωρότητα καὶ τὸ ἄνθος τῶν καρπῶν φλόον προσαγορεύειν.* Idem ibidem IX, 9. p. 735. D. *τὸ θέρος καὶ τὸ μετόπωρον ὅτι μάλιστα χλωρὰν καὶ φλοίουσαν, ὡς Ἀντίμαχος ἔφη, τὴν ὀπώρην γενομένην κ. τ. λ.* Schellenb. annotat poetae dicta exitum versus efficere posse hoc modo:

Καδμείων δὲ πόλιν φλοίουσαν ὀπώραις.

recte vertens: Thebanorum urbem fructibus abundantem; *ὀπώρα* enim significat et tempus, quo fructus maturescunt, et ipsos fructus maturos. *φλοίειν* autem, quod verbum cognatum est vocibus *χλοός*, *χλωρός*, continet notionem fluendi sive superfluendi et florendi. Cohaeret enim cum verbis *φλέω*, *φλίω*, *φλύω* (Il. XXI, 361.), quae sunt fluo (fleo, pluo), Germanorum fliessen; unde *φλοίειν* florere, bluehen. Vocem *φλέω* Et. M. p. 796, 44. et Hesych. et all. interpretantur verbis *γέμειν*, *εὐκαρπεῖν*, *πολυκαρπεῖν*, quam ob significationem Dionysus nominabatur *Φλεύς* (*ἐν Χίῳ*. Et. M. p. 796. et p. 189, 40.) et *Φλέων* (Aelian. V. H. III, 41.) et *Φλοῖος* (Plutarch. l. l.) et *Φλυεύς*; eius filius erat *Φλίας* (Orph. Arg. 195. Ap. Rh. I, 115.), qui ad Asopum, Phliasiae fluvium, habitabat; Mercurius nuncupatus est *Φλυήσιος* (Hesych.), Proserpina *Φλοιά* apud Lacedaemonios (idem). Vide etiam Bergk. Commentt. crit. p. 20. sq. Sturz. ad Empedocl. p. 626.

XLI. (Sch. 23. D. 36.)

Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεός, ἣ τάδε πάντα
Πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο·
Ἔνθα τετίμηταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

Fragmentum citatur ex Antimacho a Strab. XIII, p. 588. (880.) *Ἐνταῦθα μὲν οὖν* (*ἐν Ἀδραστείας πεδίῳ*) *οὐδὲν ἱερὸν Ἀδραστείας δείκνυται, οὐδὲ Νεμέσεως. περὶ δὲ Κύζικόν ἐστιν Ἀδραστείας ἱερόν. Ἀντίμαχος δὲ οὕτω φησίν· Ἔστι δέ τις κ. τ. λ.* Eustath. ad Il. II, 828. eadem *περὶ δὲ Κύζικον Ἀδραστείας ἱερόν. Γράφει οὖν Ἀντίμαχος οὕτω· Ἔστι δέ τις κ. τ. λ.* Sunt iidem versus apud Harpocrat. s. v. *Ἀδράστειαν* et ap. Suid. s. ead. v., in Bekk. Anecdd. I, p. 342, 14. vel in Bachmanni Anecdd. I. p. 28, 22. et in Arsen. Violet. p. 18. Walz. Sermo est de Adrastea, cui ad Aesepum,

Troadis et Phrygiae flumen, Adrastus prope Cyzicum sacrum instituisse fertur. Antimachus Nemesi parem eam esse statuit. Sacer erat illi deae campus Nepeïus, in quo et urbs et templum Adrasteae situm erat. Urbem Adrasteam et Adrastum incolas eius Troianis auxilio ducentem memorat Hom. Il. II, 828. cf. etiam Ap. Rh. I, 1148 sqq. c. scholiis. Adrastea est Phrygum Cybele Adrastea sive Rhea, quae magna terrae dea fertilitatem ex ordine temporum orientem procreat mundumque gubernat. Huc spectare videntur Antimachi verba *μεγάλη θεὰ, ἥ τάδε πάντα πρὸς μακάρων ἔλαχεν.* Dea autem est Graeca, quam Phryges a Graecis oriundi in hanc regionem transtulerunt. Vide Strab. X. p. 671. *καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥςπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι.* Cuius rei fides augetur fluminis nomine *Αἰσήπου*, quod ex voce *Ἄσωπος*, quae Boeotiae et Sicyoniorum flumina appellabantur, ortum est. In Sicyoniorum autem et Argivorum neque minus in Thebanorum fabulis Adrastus, mascula Adrasteae personificatio, maxime celebratur. Antimachus, quem antiquam Graecorum religionem diligenter perscrutatum esse compluribus ex rebus colligimus, primus fuisse videtur, qui Nemesin cum Adrastea componeret. Neque tamen vulgaris recentioribusque temporibus usitata Nemesis notio, deae mala facinora punientis, praesto ei fuit, sed pristina illa Rhamnusiae deae, quae res naturales et humanas regit. Eidem Nemesi Rhamnusiae nomen Adrasteae inditum est; nam quae in Euripidea Rheso 342. *Ἀδράστεια μὲν, ἁ Διὸς παῖς, Εἴργοις στομάτων φθόνον*, et v. 468. *σὺν Ἀδραστείᾳ λέγω*, memoratur, ea est Nemesis Rhamnusia, numen tumidis ostentationibus infestum. Lucan. V, 233. — Haec dea Nemesis si ab Antimacho intelligitur, revera congruit cum Cybele Adrastea; posteriores autem Antimachi rationem non perspicientes Adrasteam et recentiorum temporum Nemesin facinorum scelerumque vindicem iuxta aestimarunt. Demetrius Scepsius (Bekk. Anecdd. l. l.) Dianam eam dixit. Sine dubio animo eius obversabatur notio Dianae Ephesiae, magnae illius naturae rerumque humanarum ordinatricis.

In sec. versu apud omnes qui citant scriptores *ἔλαχε*, praeter Bekk. Anecdd. et Arsen., ubi recte *ἔλαχεν*; ibidem *εἴσατο* pro vulgari *εἵσατο*. Utrum *παρὰ ῥόον* an *παρὰ ῥόῳ*, quod praeter Anecdota duo codd. Harpocrat. tenent, scriptum fuerit, dubitari potest. Elegantiorem sonum praebet *παρὰ ῥόον*; cf. Callim. H. Del. 206. *ἵζετο δ' Ἰνωποῖο παρὰ ῥόον*. Similis sententia est apud Ap. Rh. IV, 118.

XLII. (Sch. 24. D. 42.)

Λέχρις δὲ δρεπάνῳ τέμνων ἄπο μήδεα πατρὸς
Οὐρανοῦ Ἀκμονίδεω λάσιος Κρόνος ἀντιτέτυκτο.

Plutarch. Quaestt. Rom. p. 275. A. *Διά τί τῷ τοῦ Κρόνου ναῷ χρῶνται ταμείῳ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἅμα δὲ καὶ φυλακτηρίῳ τῶν συμβολαίων; Πότερον ὅτι δόξα κατεῖχε καὶ λόγος, οὐκ εἶναι πλεονεξίαν ἐν ἀνθρώποις οὐδὲ ἀδικίαν Κρόνου βασιλεύοντος, ἀλλὰ πίστιν καὶ δικαιοσύνην; ἢ ὅτι καρπῶν ἀρετῆς, ἢ γεωργίας ἡγεμὼν ὁ θεός; Ἡ γὰρ ἅρπη τοῦτο σημαίνει, καὶ οὐχ, ὡς γέγραφεν Ἀντίμαχος Ἡσιόδῳ* (Theog. 160 sqq.) *πειθόμενος· Λέχρις κ. τ. λ.* — In codd. est *λέχριε* et *ἀπό*. De pictura, quae fortasse in herois cuiusdam clypeo vel in templo dei (cf. Virg. Aen. I, 455. sqq. Naev. Bell. Pun. II, 15. ed. Spangenberg.) fuit, sermonem fieri apparet ex verbis *λέχρις* et *ἀντιτέτυκτο*. Uranus ab Antimacho dicitur *Ἀκμονίδης*. Acmonis autem notio est vagans et ipsis Graecis nimis obscura. Revera vox significat coelum vel aethera, derivata ab *ἀκμή*. Quum eandem significationem Uranus contineat, cognatione inter se coniuncti sunt. Itaque Acmon Urani pater factus est; Callim. in Et. M. p. 49. et Alcman. (fr. 29. in Schneidewin. Delect. II. p. 248.) *Γαῖα μὲν Ἄκμον' ἔτικτ'· ἀπὸ δ' Ἄκμονος Οὐρανός*, quae ad verba respicit Eustath. p. 1154, 25. *ὡς δὲ Ἄκμονος ὁ Οὐρανὸς, ὁ Ἀλκμὰν φασιν ἱστορεῖ.* Sed quoniam Acmonis et Urani eadem est notio, ibidem legitur: *Ὅτι Ἀκμονίδαι οἱ Οὐρανίδαι, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί* et p. 1150, 58. *ὁ τοῦ Κρόνου*

πατὴρ Ἄκμων ἐκαλεῖτο, ubi pro *Κρόνου* cave mutes *Οὐρανοῦ*. cf. Et. M., qui nonnullos Aetherem nominare tradit Acmonem, Aetherem autem esse patrem Urani (Hom. Epimer. in Cram. Anecdd. I. p. 75. *Αἰθέρος δ' υἱὸς Οὐρανὸς, ὡς ὁ τὴν Τιτανομαχίαν γράψας.*), et Hesych. v. *Ἄκμων, ἀπαθὴς, Κρόνος, Οὐρανός;* idem *Ἀκμονίδης, ὁ Χάρων* (f. *Κρόνος*) *καὶ ὁ Οὐρανός, Ἄκμονος γὰρ παῖς.* — *Λάσιος* idem significat, quod *εὐχαίτης Κρόνος* in oraculo ap. Euseb. VI, 238.

XLIII. (Sch. 26. D. 37.)

Ἡφαίστου φλογὶ εἴκελον, ἥν ῥα τιτύσκει
Δαίμων ἀκροτάτης ὄρεος κορυφῇσι Μοσύχλου.

Schol. Nicand. Ther. 472. *Ὁ Σάος καὶ ὁ Μόσυχλος ὄρη εἰσὶ τῆς Σάμου. Μέμνηται δὲ τούτων τῶν τόπων ἐν Λήμνῳ τε καὶ Σαμοθράκῃ, τὰς νήσους ἑκατέρων ἀπὸ τούτων σημαίνων. Ἐκαλεῖτο δὲ Σάος καὶ ἡ ὅλη Θρακικὴ Σάμος. Μόσυχλος δὲ, τὰ ὄρη τῆς Λήμνου, ὡς Ἀντίμαχος· Ἡφαίστου κ. τ. λ.* De Mosychlo, Lemni insulae monte ignivomo, vide Buttm. in Mus. antiqu. Tom. I. et Uckerti de Lemno et Mosychlo dissertationem in Ephemer. Geogr. 1813. 12. — De heroe ad Thebas pugnante Antimachi verba dicta esse arbitramur. Continet enim, ni fallor, herois cum igne comparationem, quam saepe Homerus ad bellatoris robur et celeritatem significandam adhibuit. Il. XVII, 88. Hector *φλογὶ εἴκελος Ἡφαίστοιο ἀσβέστῳ.* Il. XIII, 39. 53. 330. cf. Quint. Smyrn. Posthom. I, 209. Ob eam notionem apud Stesichorum (fr. 1. Schneidewin.) *Φλόγεος* equus et *Ἅρπαγος, ὠκέα τέκνα Ποδάργας*, a Mercurio dantur Dioscuris. — In codd. est *πυρί* pro *φλογί*, sed non congruit cum relativo *ἥν;* itaque poeta aut scripsit *φλογὶ — ἥν* (Eratosth. ap. Schol. Nic. laud. *Μοσυχλαίῃ φλογὶ ἶσον*), aut *πυρί — ὅ*, secutus Homeri verba: *Ἥφαιστος δὲ τιτύσκετο θεσπιδαὲς πῦρ*, Il. XXI, 342. — *ἀκροτάταις κορυφαῖσι* praebent plures codd., *ἀκροτάτου* Gotting., *κορυφῇσι* Gotting. et Lorr. Hinc, ut epicum sermo-

nem restitueret, Schneiderus *ἀκροτάτης κορυφῆσι*: *κορυφῆσι* rectum est; sed *ἀκροτάτης* non est necessarium. Nam prim. declinat. terminationem dativi plur. in *ησι* retinent etiam recentiores epici; Ap. Rhod. unicum habet *Μινύαισι*; sed pro terminatione in *ης* saepissime occurrit *αις*, ita tamen, ut certa de utraque terminatione regula constitui nequeat. Sed hoc tenere licet, ubi, ut in hoc Antimachi fr., prope adest forma in *ησι*, ibi *ης* usitatius esse, *αις* in finibus versuum. Itaque scribimus cum Schneidero *ἀκροτάτης — κορυφῆσι*. De activa forma verbi *πιπίσκειν* Alexandrinis frequenti cf. Ruhnk. ep. crit. p. 38; apud Homerum legitur medium; Il. l. l.

XLIV. (Sch. 73. D. 71.)

Οὐδέ τι θερμὸν ἀναπνέων χολάδας δέρτροις καλύψοις.

Sic Schol. Ambros. ad Od. XI, 578. *Τὸ δέρτρον Ἀντίμαχος μὲν ὁ Κολοφώνιος τὸν ἐπίπλουν ἀκούει τὸν ἐν τοῖς καλουμένοις ἐγκάτοις· λέγει γάρ· Οὐδέ κ. τ. λ.* Eustath. ad eund. locum dat: *χολάδας δέρτροισι καλύψας*. Hinc, *ἀναπνέων* in *ἀναπνείων* mutato, integer evadit versus:

θερμὸν ἀναπνείων χολάδας δέρτροισι καλύψας.

Sed restant verba *οὐδέ τι*, quae ut cum reliquis apte coniungantur, Hermannus V. Cl. proposuit:

οὐδέ τι αἷμα
θερμὸν ἀναπνεῖον, χολάδας δέρτροισι καλύψας.

ut homo vulneratus intelligatur, qui „neque vulnus curavit, neque calidum sanguinem, intestina cute tegens.“ In Animadvv. vocem *ἀναπνείων* suspicatus eram praecessisse *θυμόν*, quod facile propter similitudinem vocis *θερμόν* potuit excidere. Est fortasse in hostem minitatio sic scripta:

οὐδέ τι θυμὸν
Θερμὸν ἀναπνείων χολάδας δέρτροισι καλύψεις.

„neque iam calidam animam exhalans intestina cute teges“ i. e. non eris sine vulnere, sed mea manu interibis; vel *οὐδέ τι θερμὰς Θυμὸν ἀναπνείων* sqq. cf. Ap. Rh. IV, 472: *Θυμὸν ἀναπνείων χερσὶ μέλαν ἀμφοτέρῃσιν Αἷμα κατ᾽ ὠτειλὴν ὑποΐσχετο.* Bergkius in epistola *θερμὸν* similitudine vocis *δέρτρον* irrepsisse suspicatus scribendum esse existimat: *Οὐδ᾽ ἔτ᾽ ἀναπνείων* sqq.

XLV. (D. 35.)

Δεῖμός τ᾽ ἠδὲ Φόβος, πόδας αἰνετώ, υἷε Θυέλλης.

Schol. Venet. ad Il. IV, 439. qui hunc versum citat, erroris crimen in Antimachum confert, quod, quum *Δεῖμος* et *Φόβος* Martis sint filii, equos eius dixerit. Sed licuit in eiusmodi rebus variare. Filios esse Martis apud Homerum perspicitur ex Il. XIII, 299. *Ἄρης πόλεμόνδε μέτεισι· τῷ δὲ Φόβος, φίλος υἱὸς — ἕσπετο*, ad quae scholiasta annotat: *ἡ διπλῆ, ὅτι ῥητῶς Ἄρεος υἱὸς Φόβος· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὴν ἀμφιβολίαν τοῦ· „Καί ῥ᾽ ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε.“* Versus legitur Il. XV, 119. sed addatur ex sequenti versu *ζευγνύμεν.* Potuit autem dubium oriri ex his Homeri verbis, utrum filii essent Martis an equi, et Schol. Vict. ad Il. XIII, 299. hoc loco Antimachum seductum esse putavit, ut ad equos illa nomina transferret. Hoc significatur verbis: *πῶς οὖν Ἀντίμαχος τὸν Φόβον ἵππον Ἄρεός φησι; „καί ῥ᾽ ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε Ζευγνύμεν.“* Duentzerus hunc versum Antimacho tribuit; sed valde errat. Antimachus saepius quidem versus Homericos fere ad verbum repetiit (vide frr. seqq.); sed hoc loco Homeri sunt verba, eo consilio addita, ut origo erroris Antimachi indicaretur. Cum Homero congruit Hesiod. Theog. 933. Scut. 195.

XLVI. (Sch. 27. D. 25.)

Ἴδεώ θ᾽, ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων ἦν ἀνδρῶν.

Euseb. Praep. Ev. X, 3. ὁ Ἀντίμαχος τὰ Ὁμήρου κλέπτων παραδιορθοῖ. Ὁμήρου γὰρ εἰπόντος· „Ἴδεώ θ', ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν" Ἀντίμαχος λέγει· Ἴδεώ θ', ὃς — ἦν ἀνδρῶν. Καὶ Λυκόφρων ἐπαινεῖ τὴν μετάθεσιν, ὡς δι' αὐτῆς ἐστηριγμένου τοῦ στίχου· Τὸ γάρ· „Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης" (fr. 48.), σιγῶ, Ὁμήρου κομῳδηθέντος ὑπὸ Κρατίνου διὰ τὸ πλεονάσαι ἐν τῷ· „τὸν δ' ἀπαμειβόμενος". ὅπερ οὕτω πεπατημένον οὐκ ὤκνησεν Ἀντίμαχος μεταθεῖναι. Τοῦ δὲ „Λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν", Ὁμηρικοῦ ὄντος, καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ που λεγομένου· „Οἱ δ' ἐπεὶ ἀμφοτέρωθεν ἐκαρτύναντο φάλαγγας", ὁ Ἀντίμαχος μεταθεὶς ἡμιστίχια πεποίηκε· „Λαῶν, οἷσιν ἄνασσον, ἐκαρτύναντο φάλαγγας". (fr. 49.) — Quum ex Thebaide versum XLVIII. sumptum esse ex ipsius fr. verbis videamus, quibus Diomedes colloquens inducitur, ex eadem reliqua quoque frr. scriptorem citavisse censemus. Fr. quidem XLVI. ut Thebaidi adiudicemus, Idae persona, de quo sermo est, argumentum est satis certum. Ab Et. M. p. 465. s. v. Ἴδας ex Antimacho affertur Ἴδαντος κούρη, quae est Cleopatra, Melagri uxor. Iam quum Antimachi Thebaidem a Meleagri morte incepisse apertis verbis traditum sit, Idae sive Idantis filiam eiusque patrem in Thebaide memoratos esse et Antimachi versum supra exhibitum eodem fere nexu, quo in Hom. Il. IX, 558., in Thebaide locum habuisse, non audacius est contendere. — Versus supra propositus, qui fere ad verbum cum Il. IX, 558. congruit, exemplum est poetae in Homero imitando ultra modum praecedentis. Quod ea re factum videtur, quod, quum Homeri studio Antimachus maxime deditus esset, multorum versuum Homericorum memoria animum eius subiit. Sed quamquam Homerico versu Antimacheus aliquantum numerositate superatur, ut, si velis, Antimachi nervosioris sermonis studium etiam hoc loco agnoscere possis; nihil tamen habet, cur vituperetur. Adiungimus huic:

XLVII. (Sch. 71. D. 105.)

Ἴδαντος κούρη.

Cuius iam supra mentionem fecimus. Et. M. p. 465, 10. v. Ἴδας· τὰ εἰς δας δισύλλαβα εἰ μὲν περιττοσυλλάβως κλίνονται, διφθόγγῳ παραλήγεται, οἷον Φείδας, Φείδαντος· Οἴδας, Οἴδαντος· εἰ δὲ ἰσοσυλλάβως, ἐνὶ φωνήεντι, οἷον Λήδας, Λήδου· Μίδας, Μίδου· τὸ γὰρ διὰ τοῦ ντ κλινόμενον διὰ διφθόγγου. Οὕτως οὖν καὶ Ἴδας, Ἴδου· ὅθεν καὶ Ἀντίμαχος ἥμαρτεν εἰπὼν διὰ τοῦ ι. Ἴδαντος κούρη. Ad grammaticam observationem cf. Eustath. ad Od. p. 1390.

XLVIII. (Sch. 52. D. 34.)

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Διομήδης.

Ut ex verbis Eusebii supra allatis (fr. 46.) videmus, citatur versus propter formulam τὸν δ' ἀπαμειβόμενος, qua iam a Cratino comico in Homero carpta Antimachus, ut improbans ait Eusebius, Homerica sublegens quamvis tritissima non dubitavit uti. At si a simplicissima illa epica forma temere abiit, multo magis poeta fuit vituperandus. Nostro versui simillimus est Il. V, 814. et XI, 316.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρατερὸς Διομήδης.

XLIX. (Sch. 53. D. 34.)

Λαῶν, οἷσιν ἄνασσον, ἐκαρτύναντο φάλαγγας.

Vide supra ad fr. 46. Versus conflatus dicitur ex Od. II, 234. et Il. XVI, 563; qua ratione si versiculos divellere studeres, nullus fere poeta a furto vacuus esset. Et ἐκαρτύναντο φάλαγγας et priorem versiculi partem apud diversos poetas epicos saepe adhibitam invenies.

L. (Sch. 61. D. 72.)

Πολλὰ δὲ μῆλα, τάπερ ἀφνήμονας ἄνδρας.

Et. M. p. 178, 10. citat propter v. *ἀφνήμων*, quod ducitur a voce *ἄφενος*, *κατὰ συγκοπὴν ἄφνος*, unde verbum *ἀφνῶ*, *καὶ ἐξ αὐτοῦ ἀφνήμων· Ἀντίμαχος· πολλὰ κ. τ. λ.* Ad versus et sensus integritatem aut post *τάπερ* interponas *ποιεῖ*, aut, id quod in epistola proposuit Bergkius, post *ἄνδρας* adde *ἔθηκεν;* cf. Hom. Il. IX, 483. *καί μ' ἀφνειὸν ἔθηκε.* Diomedes in Il. XIV, 119 sqq. narrat patrem suum Tydeum, quum Argivi Adrasti filiam in matrimonium duxisset, domum victibus impletam, multos agros multasque oves possedisse. Qui locus potest nos commovere, ut Antimacheum hunc versum ad eundem Tydeum Argis domicilium tenentem referendum esse censeamus. Coniungimus cum hoc fragmento:

LI. (Sch. 72. D. 81.)

ὅτι ἀφνειέστατος ἔσκεν.

Quod conservavit Eustath. ad Il. II, 100. v. *ἀνιηρέστερον. Τὸ ἀνιηρέστερον ὤφελε μὲν ἀνιηρότατον, μέτρου δὲ χάριν οὕτω λαλεῖται.* Affert eiusmodi a vulgari comparatione declinationum exempla multa, in quibus etiam Antimachi *ἀφνειέστατος*, quam formam pariter atque Homerus *ἀνιηρέστερον* metri causa poeta finxit pro vulgari *ἀφνειότατος* (Il. XX, 220. all.). Cum Eustath. loco Schellenbergius comparari iubet Pierson. ad Moerid. p. 25. cf. Buttm. Gramm. ampl. I. p. 264. Verba Antimachi fortasse de Adrasto Tydeum divitiis ornante dicta sunt.

LII. (Sch. 58. D. 69.)

Πωρητὺν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος
Θέντο.

Suidas s. v. *ταλαίπωρος· ὁ ἄθλιος, παρὰ τὸ τάλας καὶ τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πάθος· ὅτι δὲ πῶρος πάθος τί ἐστι, Ἀντίμαχός φησι.*

πῶρον τιν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔθεντο.

καὶ πωρεῖν οἱ Ἠλεῖοι τὸ πενθεῖν φασὶ, καὶ Ἀντ. αὖθις.

πωρητὸν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος.

Quibus ex verbis Schellenbergius, Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. 33. secutus, duos versus sic dedit:

πῶρος τοί γ' ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος.

et

πωρητὺν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔθεντο.

Sed diversis ex fontibus Suidae verba conflata sunt. Posterior pars, quae incipit a verbis *καὶ πωρεῖν οἱ Ἠλεῖοι*, congruit cum scholiis Soph. O. C. 14. *πωρεῖν δὲ οἱ Ἠλεῖοι τὸ πενθεῖν φασὶ, καὶ Ἀντίμαχος·*

πωρήτοιν ἀλόχοισι — ἕκαστος.

Sic enim versum praebet cod. Laurent. Verba *πωρητόν* et *πωρήτοιν* perducunt ad vocem *πωρητύν*, quam Hesychius explicat *ταλαιπωρίαν, πένθος.* Sed quum terminatio ea in *τύς* posterioribus minus nota esset, vocem *πῶρος*, quam in verbo explicando *ταλαίπωρος* legebant, inesse rati, *πωρητύν* paullatim depravarunt. Hinc corruptela orta in Scholl. illorum Soph. ed. Romana *πῶρος τοί γ'*, aliaeque in reliquis, qui huc pertinent, locis. Cum priore Suidae verborum parte conferenda sunt Schol. Aristophan. Plut. 33. et Schol. Eurip. Orest. 392. — Schol. Euripid. verba haec sunt: *ταλαίπωρος παρὰ τὴν πώρην, ὃ δηλοῖ τὸ πένθος· Ἀντίμαχος·*

πώρη τοι ἀλ. — ἕκαστος.

ἀντὶ τοῦ πένθους λέγει. Schol. Aristoph. *ταλαίπωρος δὲ παρὰ τὸ τλῆναι τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πένθος· ὅτι δὲ πῶρος πένθος ἐστὶ, καὶ Ἀντίμαχός φησι·*

πῶρός τοι — ἕκαστος.

Quae utriusque scholii verba ita cum Suidae priore parte congruunt, ut ex eodem fonte Suidas hausisse primo adspectu intelligatur. *πώρη τοι* autem et *πῶρός τοι* et *πῶρον τιν* eadem ratione, qua in ed. Rom. Scholl. Soph. *πῶρός τοί γ'*, orta sunt ex *πωρητύν.* Easdem plane ob causas corrupta sunt scholiorum et Suidae ipsa verba, quae restituere non est

difficile. Schol. Eurip. corrigimus ex Hesychii verbis *πωρητύς· ταλαιπωρία, πένθος*, sic: *ταλαίπωρος παρὰ τὴν πωρητὺν, ὃ δηλοῖ τὸ πένθος.* Hoc constituto in Schol. Aristoph. scribimus: *ταλαίπωρος δὲ παρὰ τὸ τλῆναι τὴν πωρητὺν, ὅ ἐστι πένθος· ὅτι δὲ πωρητύς τὸ πένθος ἐστὶ, καὶ Ἀντ. φησι —*; et in Suida: *ταλαίπωρος ὁ ἄθλιος, παρὰ τὸ τάλας καὶ τὴν πωρητὺν, ὅ ἐστι πάθος* (sive *πένθος*)· *ὅτι δὲ πωρητὺς πάθος τί ἐστι, Ἀ. φησι:*

Sed alia restat quaestio. Suidas in priore versu habet *ἔθεντο*, quum in omnibus reliquis legatur *ἕκαστος*. Quamquam aliqua inter ea verba est similitudo, non tamen per errorem scribendi *ἔθεντο* temere invasisse putamus. Extrema Antimachi verba turbata videntur. Qua in re firmamur Triclinii verbis ad Soph. l. l. mirum quantum depravatis: *ταλαιπωρεῖν δὲ καὶ τὸ πενθεῖν οἱ Ἠλεῖοί φασι, ὡς Καλλίμαχος.*

ταλαιπωρείτην ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν.

His in verbis, quae fluxerunt ex Schol. Soph. supra allato, *ταλαιπωρεῖν* et *ταλαιπωρείτην* ex v. *ταλαίπωρος*, quod praepositum fuit, profecta sunt. Scribe *πωρεῖν δὲ καὶ τὸ πενθεῖν οἱ Ἠλεῖοί φασι, καὶ Ἀντίμαχος· πωρητύν* sqq. Callimachi nomen saepe Antimachi locum occupavit. Clausula autem versus deest, unde corruptam eam et in aliis locis aliter scriptam fuisse licet concludere. Itaque utramque lectionem, quae in Scholiis supra allatis conservatur, coniungimus sic:

Πωρητὺν ἀλόχοισι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος Θέντο.

Idem fecisse G. Dindorfium ad Scholl. Aristoph. non sine laetitia vidimus. Apparet igitur unum eundemque esse versum, paullulum tantum vitiatum. Suidas autem quoniam ex diversis locis sumpsit, eundem versum vario modo scripsit. — Ad Thebaidem referimus; dictum est enim de heroibus, qui morte sua coniugibus et liberis calamitatem et dolorem excitarunt; cf. Hom. Il. XVII, 36.

Χήρωσας δὲ γυναῖκα μυχῷ θαλάμοιο νέοιο,
Ἀρητὸν δὲ τοκεῦσι γόον καὶ πένθος ἔθηκας.

et Il. XXIV, 741.

Nominum terminationem in *τύς*, Ionicam (Eustath. ad Il. XIX, 205.), Antimacho usitatam fuisse tradunt Scholl. Victor. et Townlei. ad Il. XIX, 134. v. *ὀτρουντύς· ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀντιμάχειος*. Schol. quidem B habet *ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀττική*, sed idem Schol. quum ad Il. XIX, 205. vocem *βοητύς* Ionicam formam esse dicat, ne sibi ipse repugnet, pro *Ἀττική* lege *Ἀντιμάχειος*. In Et. M. *ἀβολῆτις· ἔντευξις, ἀπάντασις* ex Lexic. Sangerm. scribendum est *ἀβολητύς*. Blomfield. (in Callim. Addend. p. 400.) addit *Ἀντίμαχος*, quod unde habeat, nescimus, sed verisimile est ex manuscripto quodam sumpsisse. Quod si probatur, novum lucramur argumentum, quo nomina in *τύς* exeuntia Antimacho solita fuisse comprobetur. Etiam Callimachus formularum in *τύς* studiosus fuit. H. in Apoll. 95. *ἁρπακτύς;* in Dian. *διωκτύς;* in Del. 324. *γελαστύς;* fr. 277. Bentl. *μαστύος ἄλλοτ' ἔκαμνον ἀλητύϊ;* fr. 427. *ἀσπαστύς*. — Vide Naekium docte de his nominibus disserentem in disput. de Callim. Hecale (Welcker. et Naek. Mus. Rhen. II. p. 572.), et Lobeck. in Paralipp. Gr. Gr. I. p. 439 sqq.

LIII. (D. 75.)

Ἄϊδος ἐκπρολιποῦσα θοὸν δόμον.

Cramer. Anecdd. I. p. 201. Fortasse ex Thebaide sumptum est. In initio Thebaidos Statianae Tisiphone, ab Oedipode ex inferis contra filios evocata, Tartaro relicto Thebas se confert, ut Eteoclis et Polynicis discordiam excitet. — Grammatici in voce *θοός* explicanda multa hariolati sunt. Loco laudato diversissimae ei significationes tribuuntur: *ὀξύ, ταχύ, ἰσχυρόν, ἀσφαλές, ἑδραῖον. — οὕτως οὖν καὶ θοὰν νύκτα τὴν ἑδραίαν, οὐχ ὥς τινες τὴν μέλαιναν, ἀλλὰ τὴν ἀκίνητον· — καὶ παρὰ τῷ Ἀντιμάχῳ· Ἄϊδος κ. τ. λ. οὐ τὸν μέλανα,*

ἀλλὰ τὸν ἀκίνητον. Grammatici explicationem verborum Antimacheorum reiicientes rem alia plane ratione expedimus. Cf. ad hunc locum Soph. Aiac. 249. *ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον*, quae ad verba Lobeckius attulit Eustath. p. 828, 38. *θοὸς ζυγὸς παρὰ Σοφοκλεῖ ὁ μὴ αὐτὸς ὢν ταχὺς, ἀλλ' ὁ αἴτιος τοῦ ἐπιταχύνασθαι νῆα κωπηλάταις*, et alia poetarum exempla. Pari antimeria, quae dicitur, in Antimachi fr. *θοός* ad *δόμον*, unde motus fit initium, additum est pro vulgari dictione *ἐκπρολιποῦσα θοῶς δόμον*. — Nuper Lobeckius Actt. Societ. Gr. II, p. 313. haec de hoc loco scripsit: „In Antimachi versu adiectivum neque nigrum significat neque immobilem, sed celerem, h. e. quem illa celeriter reliquit, ut Tacitus dixit Ann. III, 1. Brundusium naviganti celerrimum erat. — Antimachus fortasse de Iunone loquitur Furiae excitandae causa Orcum ingressa, unde apud Ovid. Metam. IV, 477. laeta redit Iuno.“

Λ Υ Δ Η.

LIV. (Sch. 34. D. 45.)

Φεύγοντας γαίης ἔκτοθι Δωτιάδος.

Pentameter ex lib. II. Lydes citatur a Steph. Byz. in Fragm. Seguer. v. *Δώτιον.* — *καὶ Δωτιάς, ὡς Ἰλιάς τοῦ Ἰλιεύς.* — *Καὶ Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης· Φεύγοντας κ. τ. λ.* De Dotio campo vide Mueller. Orchom. p. 192. Ad quos verba pertineant nescitur. Fortasse de Thessalis, qui Dotio relicto in Cnidum insulam et Rhodum et Symen (Muell. Orchom. p. 195.) profecti sunt, dicuntur.

LV. (Sch. 35. D. 47.)

Εἶπε δὲ φωνήσας, Πόλυβε, θρεπτήρια τάςδε
Ἵππους τοὶ δώσω δυςμενέων ἐλάσας.

Distichon praebetur a Schol. Eurip. Phoen. 44., ubi Laii interfecti bigas Corinthum ad Polybum regem ab Oedipode translatas esse narratur. Adscripsit Scholiasta: *ὅτι δὲ Πολύβῳ δέδωκε τοὺς ἵππους καὶ Ἀντίμαχός φησιν ἐν Λύδῃ· Εἶπε κ. τ. λ.* In codd. est *τάδε*, quod Barnesius mutavit in *ταῦτα;* Duebnerus *τούςδε;* Bergk. (Poett. lyr. Gr.) *τάςδε*, quod praeferimus. His addimus:

LVI.

Κυθώνυμος Οἰδίπους.

Et. Gud. p. 352, 7. Verba a Schneidewino in Exercitt. critt. p. 28. tractata vario modo explicantur a veteribus grammaticis, quorum rationes Schneidew. recensens recte constituit, *κυθώνυμον* eum dici, cuius verum nomen atque origo in obscuro essent. Derivanda enim est vox a verbo *κεύθω.* Videtur Antimachus in exitu versus heroici posuisse: *κυθωνύμου Οἰδιπόδαο.*

LVII. (Sch. 36. D. 46.)

Γενεᾷ Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας.

Suid. s. v. Ὀργεῶνες· *Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λυδῇ γενεᾷ Καβάρνους θῆκεν ἀβακλέας ὀργεῶνας.* Phot. p. 251. Herm. (Pors. p. 344, 16.) *Ὁ γοῦν Ἀντ. ἐν τῇ Λυδῃῖ· Γενεαῖ Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας* (*ἀβακλέας* m. pr.) *ὀργιῶνας.* — Verba *ἐν τῇ Λυδῇ γενεᾷ* corrupta vario modo VV. DD. corrigere studuerunt. Valesius (not. ad Harpocrat. p. 126.), cui adstipulatur Schellenbergius *ἐν τῇ Λυδῇ· Γένναν Καβάρνου θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας;* Maussacus *ἐν τῇ Λυδῇ γενναίᾳ.* Blomfield. et Goettling. (in Animadvv. ad Callim. p. 32.) *ἐν τῇ Λυδῇ ἐλεγείᾳ.* Alias aliorum coniecturas mecum perhumaniter in epistola communicavit Friedemannus, praeceptor de me meritissimus. *Ἑπτὰ Καβ. θ. — Γέννημα Καβάρνου Θῆκεν ἀγ. ὀργ.* (Diarr. Litt. Halens. 1825. Mart. N. 17. p. 630.). Nunc probamus Friedemanni (de med. syll. pentam. p. 344.) ingeniosam scripturam, quam etiam Vossius (ad Hymn. Demet. p. 150.) Gaisfordius (ad Suidam s. v.) Bailey ad Hermesian. p. 134. (sed Praef. p. XIX. *ἐν γ' Λύδης* praefert) tuentur: *Ἐν τῇ Λύδῃ γ'·*

Ἔνθα Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας Ὀργιῶνας.

vel Hermanni *Ἐν δὲ Καβάρνους.*

De Cabarnis ab Antimacho primo commemoratis v. Preller. de Cerer. et Proserp. p. 29., confer Hesych. *Καβάρνοι· οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι.* Paros insula, teste Steph. Byz. s. v. *Πάρος, Κάβαρνις* nominabatur *ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρός.* Unde concludimus Antimachi verba ex loco quodam sumpta esse, quo Cereris filiam raptam quaerentis errores descripti erant. Ad Antimachum spectat Harpocrat. p. 265. *Οἱ μέν τοι ποιηταὶ ἔταττον τοὔνομα* (sc. *ὀργεών*) *ἁπλῶς ἐπὶ τῶν ἱερέων, ὡς Ἀντίμαχός τέ που καὶ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς.* Doederlinus (Symbola philolog. Helvet. I. p. 251.) tuetur inter formas *ὀργεῶνας, ὀργιῶνας, ὀργειῶνας* solam *ὀργιῶνας.*

LVIII. (Sch. 37. D. 49.)

Ὅσσοι σῶν μεγάλων ἔρκτορές εἰσι κακῶν.

Et. M. p. 375, 40. *Ἔρκτωρ· ὁ πρακτικός· Ἀντίμαχος· τῶν μεγ. κ. τ. λ.* — Lydae fr. tribuit Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 607., qui, quum mstum. Batav. Et. M. praebeat *οἱ τῶν μεγάλων κ. τ. λ.*, restituit, ut supra exhibuimus.

LIX. (Sch. 25. D. 48.)

τότε δὴ χρυσέῳ ἐν δέπαϊ
Ἠέλιον πόμπευεν ἀγακλυμένη Ἐρύθεια.

Athen. XI. p. 469. Agit de poculo, in quo Sol orientem versus per noctem navigare solebat. *Ὅτι καὶ ὁ Ἥλιος ἐπὶ ποτηρίου διεκομίζετο ἐπὶ τὴν δύσιν, Στησίχορος μὲν οὕτω φησὶν — καὶ Ἀντίμαχος οὑτωσὶ λέγει·*
τότε δὴ εὐχρέω ἐν δέπαϊ
Ἠέλιον πέμπεσκεν ἀγ. Ἐ.
sic enim verba vulgo legebantur, quae, ut priorem versum in hexametrum redigerent, mirum quantum VV. DD. depravarunt. Casaubonus, cuius auctoritatem Schellenb. secutus est, scripsit: *τότε δὴ χρυσείῳ εἰνὶ δεπάστρῳ*. Iacobs. (Append. ad Porson. Adverss. p. 320.) *τότε δ' εὐχρύσῳ δέπαϊ ᾧ*. Blomfieldius *τότε δὴ μὲν ἐϋχόῳ ἐν δέπαϊ σφε*. Sed ut verba apud Athenaeum scripta sunt, facile cognoscitur metrum elegiacum; quam ob rem non Thebaidi cum Schellenbergio, sed Lydae fr. attribuimus. Nihil mutandum est praeter *εὐχρέῳ*. Ponimus *χρυσέῳ*, quod ex inversione litterarum depravatum etiam Casaubonus et Iacobsius in textum inferre studuerunt. Poculum enim illud aureum ferebatur; cf. locos, quos Athen. eod. l. citat, Mimnerm. (fr. 13. ap. Schneidew.) et Stesichor. (fr. 7. Schneidew.) et Aeschyl. ap. Strab. I. p. 33. et Pherecyd. in Scholl. Ap. Rh. IV, 1396. Alii aeneum dicunt; vide Eustath. ad Dionys. Perieg. 558. Meinek. Euph. fr. 82. Anall. Alex. p. 117. — In secundo Antimachi versu Dindorfii Cod. A *πομπεῖ*, B *πόμπει*, P *πέμπει*,

ed. Venet. et Casaub. πέμπεσκεν, unde veram lectionem extricavit Schweighaeus. πόμπευεν. Nisi forte πομπεύει vera est scriptura, ut Antimachus Solis iter quotidie repetitum dixerit. — Recentiores scriptores, qui de Solis poculo disseruerint, citatos vide in Schneidew. Delect. I. p. 16. et II. p. 329.

Argonautarum expeditionem et Iasonis Medeaeque amores in Lyde enarratos esse complures Scholiastae Apoll. Rh. loci aperte indicant. Novem enim locis, quorum plurimis additum est ἐν Λύδῃ, Antimachi auctoritatem de rebus ad Argonautas spectantibus affert. In itinere quo in Colchida heroes profecti sunt persequendo, quoniam minor deflectendi locus datus erat, a reliquis scriptoribus diversus fuisse Antimachus non videtur, neque dubito, quin Apollonio Rhodio in maxima eius descriptionis parte Colophonius obversatus sit*). Phinei quidem et Boreadum, qui ab Harpyiis vatem liberant, fabulam pari modo ab utroque tractatam fuisse docent frr. 60. et 63., et ex fr. 60. verbis: καταλέγει δὲ τούτους καὶ Ἀντίμαχος suspicamur, ut Apollonius in initio carminis sui heroum cum Iasone profecturorum catalogum instituit, sic Antimachum quoque in narrationis exordio singulos Iasonis comites enumerasse. Herculem pariter atque Apollonius Antimachus Argonautis adiungit (fr. 61.), et quamquam ille ad Hylan quaerendum, hic propter corporis vulgari gravius pondus navem eum reliquisse finxit, tamen, si rem ipsam spectamus, hoc utriusque discrimen non magni momenti est. Etiam in eis rebus, quae in Colchide geruntur, Apollonius ab Antimacho non discessisse videtur; nam ut fabulam de dracone aurei velleris custode a Medea sopito, sic etiam labores ab Aeeta impositos ab utroque similiter pertractatos esse verisimillimum fit (fr. 64. et 65.). Sed de Iasonis et Medeae cum Argonautis reditu Apollonius diversissimam ratio-

---

*) Et Antimachi Lyde et Apollonii Argonautica a Callimacho vexata sunt.

nem iustis de causis iniit. Antimachus enim aeque atque omnes vetustiores scriptores, Hesiodus, Hecataeus Milesius, Pindarus (Pyth. IV, 34.), Mimnermus (ap. Strab. I, 46. Schneidewin. fr. 10.), orientem versus per Phasidem flumen in Oceanum eos navigasse et ad Libyae oras pervenisse sumpsit. Inde per Libyam navem portantes, Hecataeo auctore per Nilum, ad mare mediterraneum contendunt. At posteaquam de regionibus illis Graeci certiores facti sunt et Phasidis fontes cognoverunt, vetus illa de Argonautarum reditu opinio constare diutius non poterat. Itaque Dionysius Milesius, Callimachus, Herodorus Heracleota eadem qua in Colchidem profecti erant via, alii per Istrum et mare Adriaticum eos reducunt. Quam eandem ob causam Apollonius Antimachi ratione relicta occidentem versus reditum factum esse statuit, sed veterum recentiorumque notiones mire permiscuit. Cf. de his rebus Mueller. Orchom. p. 294.

LX. (Sch. 38. D. 51.)

Ad. Ap. Rh. I, 211., qui Zeten et Calain Boreades ex Thracia ad Argonautas ex Iolco profecturos accessisse narrat, Scholiasta addit: *Τούτους ἐκ διαφόρων τόπων συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις φασίν. Οἱ μὲν ἐκ Θράκης, ὡς Ἀπολλώνιος· Ἡρόδωρος δὲ ἐκ Δαυλίδος· Δοῦρις δὲ ἐξ Ὑπερβορέων. Καταλέγει δὲ τούτους καὶ Ἀντίμαχος. Φανόδικος δὲ ἐν ά Δηλιακῶν ἐξ Ὑπερβορέων αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν πλοῦν.*

LXI. (Sch. 39. D. 52.)

Schol. Ap. Rh. I, 1289. *Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ φησὶν ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος.* Eandem rationem inierat Posidippus, epigrammatum scriptor, et Pherecydes. Poetae posteriores aliique scriptores Herculem diversissima ratione in Argonautarum expeditionem intulerunt. In priscis de ea expeditione poematis Minyarum tantum, qui fabulae primi sunt auctores, cognatarumque gentium heroes,

de quibus vide Mueller. Orchom. p. 258 sqq., celebrati sunt. Quare Hercules, Doriensium heros, in eorum numero inesse non poterat. Hinc factum videtur, ut Herodorus Herculem cum aliis ab Argonautis excluderet. Etiam Aristoteles (de republ. III, 13.) cum Argonautis illum profectum esse negat; sed causam profert a reliquis plane discrepantem: *οὐ γὰρ ἐθέλειν αὐτὸν ἄγειν τὴν Ἀργὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν πλωτήρων.* Sed quum Argonautarum fabula magis magisque dilatata atque propagata reliquarum quoque gentium heroes inter nautas exciperentur, Hercules, omnium fortissimus atque clarissimus, in eorum numero non defuit. Itaque Dionysius Mitylenaeus et Demaratus Iasoni comitem et rerum in Colchide gestarum adiutorem eum fuisse tradunt. Alii, ut Herculis fabulas apte coniungerent et res ab eo gestas sese excipientes in cyclum quasi redigerent, diversissimis de causis ab Argonautis discedentem et ad alias expeditiones tendentem fingunt. Vide quae tradit Scholiasta laudatus. In Apollonii Argonauticis dum Hylam quaerit a Nympha raptum, ab heroibus relinquitur insciis et invitis; sed quum errore comperto quid esset faciendum iurgiis inter se contenderent, Glaucus ex undis escendit vaticinaturus, Herculi a Iove destinatum esse, non ut in Colchidem pergeret, sed ut labores ab Eurystheo imperatos perageret. Qua vaticinatione studium illud, quo Herculis fabulae inter se artius coniungerentur, tecte indicatur. — Quam ob causam Antimachus Herculem Argo reliquisse vult, ea originem traxit ex vulgari et vetere de deorum maiore pondere opinione, cuius exempla adducit Schellenb. Il. V, 838. et Stat. Theb. V, 401. cf. initium Callim. H. Apoll., Ovid. Met. IV, 448. — Utrum, id quod opinatur Schellenbergius, in Antimachi enarratione ad Omphalen Hercules perrexerit necne, quoniam eius rei nullum habemus indicium, discerni nequit.

LXII. (Sch. 40. D. 58.)

Ap. Rh. II, 178. Phineum, Salmydessi regem, Agenoris

filium dicit, Hellanicum secutus. Scholiasta addit: Ὡς δὲ Ἡσίοδός φησι, Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Κασσιοπείας· ὁμοίως δὲ καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Ἀντίμαχος καὶ Φερεκύδης φασίν. Ἐκ γὰρ Κασσιοπείας τῆς Ἀράβου Φοίνικι γίνεται Κίλιξ καὶ Φινεὺς καὶ Δόρικλος κ. τ. λ. Eadem depravata habet Eudoc. p. 414. De Phineo et Salmydesso vide Mueller. Orchom. p. 290.

LXIII. (Sch. 41, 42. D. 57.)

Schol. Ap. Rh. II, 296. Στροφάδας φησὶ κεκλῆσθαι διὰ τὸ τοὺς Βορεάδας ὑποστρέψαι αὐτόθεν στραφέντας εἰς τοὐπίσω, λαβὼν παρὰ Ἀντιμάχου. (addit Cod. Paris. οὕτω γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ Λύδῃ περὶ αὐτῶν μέμνηται.). Οἱ δὲ Στροφάδας φασὶν κεκλῆσθαι, καθὸ ἐπιστραφέντες αὐτόθι ηὔξαντο τῷ Διῒ καταλαβεῖν τὰς Ἁρπυίας· κατὰ δὲ Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον καὶ Ἀπολλώνιον οὐ κτείνονται. Antimachus igitur aeque ac Apollonius v. 262 sqq. narravit Zeten et Calain Harpyias consectatos, sed prope Plotas insulas Harpyiis dimissis reversos esse; unde Strophadibus a voce στρέφειν nomen insulis inditum esse. Videmus poetam etiam hoc loco nomina interpretari studentem. Cum hoc loco coniungenda sunt verba eiusdem Scholiastae ad Apoll. versum sequentem; Αἱ Πλωταὶ νῆσοι μετωνομάσθησαν Στροφάδες. Μέμνηται αὐτῶν καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ.

LXIV. (Sch. 43. D. 53.)

Schol. Ap. Rh. III, 410. ταύρω χαλκόποδε. — Καὶ Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους τοὺς ταύρους ἀπεφήνατο. Idem fere habet Schol. Pind. Pyth. IV, 398. Scholiorum Apollon. cod. Paris. praebet χαλκόποδας pro Ἡφαιστοτεύκτους. Quoniam vocem Ἡφαιστότευκτος metrum dactylicum respuit, non hac ipsa voce Antimachum usum esse, sed aeque atque Ap. Rh. III, 230. Hephaestum taurorum fabricatorem dixisse et tauris adiectivum χαλκόποδες addidisse arbitramur.

LXV. (Sch. 44. D. 54.)

Idem ad IV, 156. *Ἐν τούτοις δὲ καὶ τοῖς ἐφεξῆς φησὶ τὴν Μήδειαν ἐπιῤῥαίνουσαν ἀρκεύθῳ τὸ φάρμακον κοιμίσαι τὸν δράκοντα ἐπᾴδουσαν, καὶ οὕτω τὸ κῶας ἀνελέσθαι, καὶ χωρῆσαι ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν ναῦν, κοιμωμένου τοῦ θηρίου, συμφώνως Ἀντιμάχῳ.* — Congruit cum Antimacho et Apollonio Apollod. I, 9, 23. Alii a Iasone draconem occisum esse malunt; vide Schol. Ap. Rh. IV, 87.

LXVI. (Sch. 45. D. 56.)

Idem ad IV, 259. *Ἡσίοδος καὶ Πίνδαρος ἐν Πυθιονίκαις* (IV, 44.) *καὶ Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ διὰ τοῦ Ὠκεανοῦ φησὶν ἐλθεῖν αὐτοὺς εἰς Λιβύην, καὶ βαστάσαντας τὴν Ἀργὼ εἰς τὸ ἡμέτερον πέλαγος γενέσθαι.*

LXVII. (Sch. 46. D. 55.)

Idem ad IV, 1153. *Ἰστέον, ὅτι Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους* (Iasonis et Medeae) *ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν. Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ ἐν Κόλχοις πλήσιον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι αὐτῇ φησὶ τὸν Ἰάσονα.* Apollonius in Phaeacum insula, quam Corcyram esse posteriores putarunt, Iasonem cum Medea nuptias iniisse finxit, alii aliis locis. In Scholiastae verbis ad Antimachum spectantibus ex cod. Paris. accessit *ἐν Κόλχοις;* itaque Phasis flumen intelligitur.

LXVIII. (D. 59.)

Schol. Venet. ad Hom. Il. VI, 200. *Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λύδῃ, ὅτι τοὺς Σολύμους ἀνεῖλε θεοῖς ὄντας προσφιλεῖς* (Bellerophontes), *διὰ ταῦτα μισηθῆναι αὐτόν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν.* Bellerophontis historiam vide Hom. Il. VI, 152 sqq., ubi causa, cur deis in odium venerit, non indicatur. De fabula Bellerophontis disputavit Voelkerus Mythol. gent. Iapetid. p. 184 sqq.

LXIX. (D. 60.)

Schol. Palat. ad Hom. Od. V, 283. *Οἱ Σόλυμοι ὠνομάσθησαν ἀπὸ Σολύμου τοῦ Διὸς καὶ Καρχηδονίας, ὡς Ἀντίμαχος λέγει.*

ΛΕΛΤΟΙ.

LXX. (Sch. 49. D. 62.)

Ἐλθὼν Εὐλεῖος πηγὰς ἔπι δινήεντος.

Athen. VII. p. 300. D. anguillas inprimis bonas esse ait *καὶ περὶ τὸν Εὐκλέα ποταμὸν, οὗ μνημονεύει Ἀντίμαχος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Δέλτοις οὕτως· Ἐλθὼν Εὐκλείας κ. τ. λ.* De scriptura *Εὐκλείας* et *Εὐκλέα* non iniuria dubitabatur. Codd. Marc. et Laur. praebent in Antimachi versu *Εὐλείας*. Schweighaeus. cogitavit de Eulaeo, Mediae et Persiae fluvio. Nos olim suspicabamur latere vocem, quae in *ας* exiens genitivum formaret doricum in *ᾱ*, itaque scribendum esse *Εὐλεία*, quod coniecisse nuper etiam Meinekium video in Philoll. Exercitt. in Athen. p. 26. Nunc adstipulor Bergkio, qui in Commentt. critt. p. 14. *Εὐλεῖος* restituit, genitivi formam recentioribus Ionibus et Aeolensibus usitatam pro *Εὐλῆος*. Choerob. in Bekk. Anecdd. Tom. III, p. 1194. Idem reponit in Nicand. Ther. 764. *Περσεῖος* pro *Περσῆος*, duce scholiasta, et in Callimachi versu ap. Schol. Nic. Alex. 99. *καὶ τριτάτη Περσεῖος ἐπώνυμος, ἧς ὀρόδαμνον Αἰγύπτῳ κατέπηξεν.*

Κ Α Τ Α Χ Η Ν Η.

LXXI. (Sch. 50. D. 63.)

— *τοὶ δ' ἄρα οἱ ἀβολήτορες ἄνδρες ἔασιν.*

Et. M. p. 4, 6. *Ἀβολήτωρ· Βολῶ καὶ ἀντιβολῶ· παρ' ὃ τὸ ἀβολήτωρ, ὁ μὴ παρακαλῶν. Ἀντίμαχος Ἰαχίνῃ· τοι δ' ἄρ' οἱ ἀβ. κ. τ. λ. ἀντὶ τοῦ μάρτυρες, συνηλλαχότες καὶ συντυχόντες. Οὕτω Φίλων εἰς τὰ ῥηματικὰ αὐτοῦ.* Scribe *Ἀντίμαχος Καταχήνῃ.* De carminis titulo vide supra p. 14. *ἄρ'* scripturam mutamus in *ἄρα.* De voce *ἀβολήτωρ*, glossa Antimachea ducta a voce *ἀβολεῖν*, cf. Hesych. s. v. cum Interprr.; *ἀβολεῖν*, quod congruit cum Homerico *ἀντιβολεῖν*, legis apud Ap. Rh. II, 770. III, 1145. Orph. Arg. 472., *ἀβολητύς*, quod Antimacho tribuitur, vide supra ad fr. 52. — Aliter de h. l. nuperrime iudicavit Lobeckius Pathol. p. 218. „Putavi *Ἰαχίνη* amicae nomen fuisse elegiae inscriptum, ut Lyde, Lesbia, Nanno. Sed iam praefero Duebneri correctionem ad vitam Statii: *Ἰναχίδαι, τοὶ δ' ἄρ' ἀβολήτορες ἄνδρες ἔασιν.*"

Fragmenta incertae sedis.

LXXII. (Sch. 22. D. 65.)

Ῥίμφα δ' ἐπ' ἠπείροιο μελαίνης ὑψόσ' ἀερθεὶς
Πηλείδης ἀπόρουσεν ἐλαφρῶς ἠΰτε κίρκος·
Τοῦ δ' ἔμπροσθε ποδῶν κρήνη γένετ' ἀενάουσα.

Versus a Schol. Lycophr. Alex. 245. citati dicti sunt de Achille, qui omnium Graecorum postremus ex navi in terram

Troianam desiliens violento saltu fontem procreavit. Inter Thebaidis frr. cum Schellenbergio ponere dubitamus. Pro codicum ἀπ' ἠπείροιο Schellenb. recte ἐπ' ἠπ.; cod. Viteb. 2. ἐπόρουσεν. Hermann. ad Eurip. Androm. 1108. vulgarem lectionem ἐλαφρὸς ἠΰτε κίρκος propter metrum mutavit in ἐλαφρότερ' ἠΰτε κίρκος. Nos cum Bergkio ἐλαφρῶς. Amant poetae epici eadem verba et formulas eisdem versus locis adhibere; sic ὑψόσ' ἀερθεὶς Antimachus in fine hexametri posuit aeque atque Hom. Od. VIII, 375. XII, 432. et ὑψόσ' ἀείρας Il. X, 505. Od. IX, 240. all. ll. Idem valet de voce ἠΰτε, quae in Homero saepissime quintum pedem tenet.

LXXIII.

Schol. Bekk. K ad. Il. XXIII, 142. *καὶ Ἀντίμαχός φησι τῷ Κηφισσῷ κατὰ τὴν Λίλαιαν* (Peleum) *τεθυκέναι τὴν κόμην* (Achillis). Mos erat veterum, ut, quod flumina pueros alere ac nutrire putabantur, adolescentium comae eis ut θρεπτήρια voverentur et sacrificandae tonderentur. Schol. laud. Eustath. ad Il. II, p. 185. Apud Homerum Peleus Achillis filii comam Sperchio, Thessaliae fluvio, cuius ad ripas Achilles adolevit, consecravit; sed qua ratione perductus Antimachus eius crinem Cephisso, Phocidis et Boeotiae flumini, ad Lilaeam sacratum esse fingat, non elucet.

LXXIV. (Sch. 54. D. 66.)

Τοῖσιν δ' ὑλήεντα διὰ πλόον ἐρχομένοισιν.

Huic versui a Lucian. Ver. Hist. II, 42. p. 301. Bip. conservato lucem affert Scholion ad Nicandr. Ther. 295.

Βαιὸν πλόον αἰὲν ὀκέλλει, Γαίῃ ὑποθλίβων νηδύν.

Dicit enim: *πλόον· νῦν τὴν ὁδὸν τὴν πεζήν, τὴν πορείαν. Οὕτω γὰρ καὶ Ἀντίμαχος εἶπε· Τοῖσι δ' ἂν ὑλήεντα δ. πλ. ἐ. Ὡς δὲ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ γυναῖκα ποιήσας ἐπὶ ζεύγους ὄνων ὀχουμένην παράγει τινὰ ἐρῶντα αὐτῆς· ἢ καὶ ἐρεθίζουσα φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἀπο-*

πλευστέον ἐπὶ τὸν νυμφίον, ᾧ γαμοῦμαι τήμερον (ed. Dindorf. II. p. 464, fr. 192.). *Πλόος* igitur et *πλεῖν* de terrestribus quoque itineribus dictum posterioribus poetis epicis et comoediae Atticae usitatum erat. cf. cum Schol. citati verbis Phot. *πλωΐζεται, πορεύεται· πλοῦς γὰρ καὶ ἡ ὁδός* et Hesych. v. *πλοῦς· ἀλλὰ καὶ τὴν πεζὴν ὁδὸν πλοῦν ἔλεγον;* idem explicat *ἀποπλεῖν* voce *ἀπελθεῖν*. — Ceterum *ἄν* a Scholiasta Nicandri, qui *διάπλοον* legisse videtur, in Antimachi versum illatum delendum est.

LXXV. (Sch. 55. D. 77.)

Δήμητρός τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ.

Strab. VIII. p. 364. *Ἔνιοι κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται (τὴν Μέσσην* Hom. Il. II, 582.) *Μεσσήνην· εἴρηται γάρ, ὅτι καὶ αὐτὴ μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς· παραδείγμασι δὲ χρῶνται τοῦ μὲν ποιητοῦ τῷ κρῖ καὶ δῶ καὶ μάψ. Καὶ ἔτι „Ἵππους δ' Αὐτομέδων τε καὶ Ἄλκιμος“ ἀντὶ τοῦ Ἀλκιμέδων* (Il. XIX, 392. cf. XXIV, 474.), *Ἡσιόδου δέ, ὅτι τὸ βριθὺ καὶ τὸ βριαρὸν βρῖ λέγει. Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥᾴδιον ῥᾶ. Ἐπίχαρμος δὲ τὸ λίαν λί· Συρακὼ δὲ τὰς Συρακούσας. Παρ' Ἐμπεδοκλεῖ δὲ· „μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ“, ἡ ὄψις· καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ· Δήμητρος — ὄψ, καὶ τὸ ἄλφιτον ἄλφι.* De verbis sic amputatis, quae revera sunt antiqua vocabula primitiva, cf. Eustath. Il. p. 223. Bekk. Anecdd. I. 11, 31. Meinek. ad Euphor. fr. 105. (Anall. Alex. p. 130.) et Lobeck. Parall. I, p. 115. — In voce *Ἐλευσινίης* tertia syllaba, quam longam esse exspectaveris, metri dactylici causa correpta est, ut Hom. H. Cerer. 105. *Ἐλευσινίδαο*. cf. Herm. elem. d. metr. p. 44. Thiersch. Gramm. Hom. §. 168, 4. Lobeck. Pathol. p. 242. Blomf. *Ἐλευσίνης*. — Vocem *ἄλφι* Antimacho et ipsam usitatam fuisse, quod sequitur testatur fragmentum.

LXXVI. (Sch. 56. D. 78.)

Ἐν δ' ἀδόροισι χέειν εὔϊλατον ἄλφι.

Et. M. p. 18, 40. *ἀδόροις*· *Ἀντίμαχος* (in Et. M. legitur *Ἀντιμάχαις*) — *ἐν δ' ἀδόροισι κ. τ. λ. Δόρυ γὰρ λέγεται παρὰ τὸ ἐκδεδάρθαι δορός· καὶ δοροὶ κατὰ πλεονασμὸν ἄδοροι, ἢ ἀντὶ τοῦ κακόδοροι. οὕτως Ἡρωδιανός. Λέγονται δὲ καὶ κώρυκοι, θύλακοι, ἀσκοί· οἷον οὐ δεδαρμένοι.* — Postrema etiam Hesych. s. v. praebet. Antimachus, id quod ex ipsius verbis elucet, voce *ἄδορος* significasse dicitur saccum vel utrem. Ruhnkenius ad Hymn. Cerer. 208, ubi Ceres Metaniram iubet *ἄλφι καὶ ὕδωρ Δοῦναι μίξασαν πιέμεν γλήχωνι τερείνῃ*, Antimachea haec affert, scribens *εὐήλατον*. Idem vult Blomfieldius. Sed mutatione non opus est. Vocem *εὔιλατος* explicat Et. M. p. 391, 9. *παρὰ τὸ εὖ μόριον καὶ τὸ ἱλατός. τοῦτο παρὰ τὸ ἵλημι τὸ συγχωρῶ.* cf. etiam Hesych. *εὐιλατεύειν· εὐμενῆ εἶναι.* Est *ἄλφι*, quod faventes et propitios reddit deos, ex interpretatione Schellenbergii, qui apte citat Horat. Od. III, 23, 20. far pium. Similis notio est in Homerico *ἄλφιτον ἱερόν*. Il. XI, 631. Dicta videntur Antimachi verba de hominibus aliquo profecturis eadem fere iunctura, qua Hom. Od. II, 354. *ἐν δέ μοι ἄλφιτα χεῦον ἐϋῤῥαφέεσσι δοροῖσιν.*

LXXVII. (Sch. 57. D. 50.)

Ἠΰτε τις καύηξ δύπτης εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ.

Legebatur in Schol. Ap. Rh. I, 1008:

Ἠΰτε τις καύηξ δύνῃ ἐς ἁλμυρὸν πέλαγος,

quae verba quum metro non congruerent, alii alia tentarunt. Iacobs. Anthol. Palat. nott. crit. p. 514.

Ἠΰτε τις καύηξ ἁλμυρὸν ἐς πέλαγος

Δύνῃ seu *δύπτῃ*.

Sed ante illum Rutgersius Var. Lectt. p. 191.

Ἠΰτε τις καύηξ δύπτῃσιν ἐς ἁλμυρὸν οἶδμα.

et Wolfius: *Ἠΰτε τις καύηξ δύπτων εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ,* quam scripturam in Epistola ad Schellenberg. mutavit in: *δύπτῃσιν ἐς ἁλμυρὸν ὕδωρ,* propius ad veram lectionem

accesserunt. Cod. Paris. praebet ὕδωρ et δύπτει. Verbi δύπτειν aliquam formam hic locum habere Scholiastae verba aperte indicant. Explicat enim Apollonii ἐς ἁλμυρὸν ὕδωρ δύπτοντες κεφαλάς verbis δύνοντες τὰς κεφ. — δύπτειν δέ ἐστι τὸ δύνειν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· δύπται δ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμενοι (Et. M. δύπται. plenius praebet Δύπται δ' ἐξ ἁ. ἐ. ἔνδιοι καύηκες. Bentl. fr. 167.). Πρότερος δὲ Ἀντίμαχος· Ἠΰτε κ. τ. λ. Wolfii scripturae δύπτῃσιν obstat quarti pedis caesura trochaica, quam quoquo modo omnis aetatis epici vitare studuerunt. Lege aut cum Herm. in Zimmerm. Diarr. 1836. p. 531.

Ἠΰτε τις δύπτει καύηξ εἰς ἁλμυρὸν ὕδωρ.

aut cum Meinek. Delect. Epigr. Anthol. p. 180. ut supra dedimus. Cf. Od. V, 51. Fortasse ex Lyde sumptum est, ut reliqua omnia ex Antimacho ab Apollonii Scholiasta citata.

LXXVIII. (Sch. 59. D. 70.)

Ὡς εἴτε κλόνιός τε θουρίης σφονδυλίων ἔξ.

Pollux. Onom. II, 4, 178. Τὴν ῥάχιν ἔνιοι τῶν ποιητῶν ὠνόμασαν κλόνιν, ὥςπερ Ἀντίμαχος· Ὡς εἴτε κ. τ. λ. Mendum latet in vocibus τε θουρίης; Kuehn. τε θοραίης. Canterus τεθορυίης σφονδυλίων ἔξ. Nos coniecimus:

Ὡς εἴτε κλόνιος τεθαλυίης σφονδυλίων ἔξ.

Cf. Il. IX, 208. ἐν δὲ συὸς σιάλοιο ῥάχιν τεθαλυῖαν ἀλοιφῇ. Τεθαλυῖα ut cum dativo hoc loco coniunctum est, sic etiam absolute usurpatur. Hom. Od. XI, 415. εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ XIII, 410. τεθαλυῖαν ἀλοιφήν.

LXXIX. (Sch. 62. D. 41.)

Ληχμὸν δ' ἐμπάζεσθαι ἀλεεινων.

Et. M. p. 371. v. Ἐρεχμός. — Διωχμὸν λέγουσιν (οἱ Αἰολεῖς) διὰ τοῦ χ καὶ ληχμόν, ὡς Ἀντίμαχος·

Ληχμόν κ. τ. λ. Διωχμός Aeolenses dixerunt pro *δίωξις*, *ληχμός* pro *λῆξις*, quam rationem Antimachus secutus est. Hesych. *ληχμὸν, λῆξιν. Λᾶξις* pro *ληχμός* sive *λαχμός* habet Callim. H. Iov. 80. — Spohn. de extr. Od. parte p. 208. voluit *ληχμῶν*, ut genitivus verbo *ἐμπάζεσθαι* tribueretur. Sed mutatione non opus est. Nam *ἐμπάζεσθαι* etiam cum accusativo coniungitur. Vide Hom. Od. XVI, 422. *οὐδ' ἱκέτας ἐμπάζεαι*.

LXXX. (Sch. 64. D. 40.)

— *Λαχμὸν δ' οὐ δείδιεν ἵππων.*

Et. M. p. 558, 25. *λαχμῷ· τῷ δασεῖ τῶν ἐρίων· παρὰ τὸ λίαν ἔχεσθαι. Ἀντίμαχος δὲ τῶν ἵππων τὸν λακτισμὸν, οἷον· λαχμόν κ. τ. λ. — Σέλευκος δὲ ἀξιοῖ διὰ τοῦ ν̄ γράφεσθαι λάχνῳ, ὃ σημαίνει λάχνην* (cod. Paris. *ἵνα σημαίνηται ἡ λάχνη*). Extrema verba, quae referenda sunt ad *λαχμῷ, τῷ δασεῖ τῶν ἐρίων*, spectant ad Hom. Od. IX, 445. *λάχνῳ στεινόμενος καὶ ἐμοὶ, πυκινὰ φρονέοντι*, ubi falso nonnulli legebant *λαχμῷ*. Vide Eustath. ad h. loc. De *λαχμός*, quod grammatici a *λάζω*, unde *λακτίζω*, ducunt, vide etiam Hesych. *λαχμῶν, ἱππείων· λακτισμῶν*.

LXXXI. (Sch. 65. D. 76.)

Κισσοῦ τε κλυμένοιο καὶ ἀμπελίνης —.

Hesych. v. *κλύμενος· — λέγεται δὲ καὶ κισσός, ὡς Ἀντίμαχος· κισσοῦ κ. τ. λ.* In verbo *κλύμενος*, quod Blomfield. provocans ad Nic. Ther. 520. *φύλλα τε κισσήεντα περικλυμένοιο φέρουσα*, in *περικλύμενος* mutavit, non est haerendum. Est vox antiqua, quae residua in nominibus propriis congruit cum adiectivo *κλυτός*. Legitur hoc sensu etiam ap. Theocrit. XIV, 26. An est hederae species? Fortasse, id quod Bergkius mihi proposuit, corrigendum est: *κισσοῦται κλυμένοιο καὶ ἀμπελίνης* (*πετάλοισι Φυλλάδος*).

LXXXII. (Sch. 82. D. 95.)

Et. M. p. 710, 28. v. *Σειραίνω· σημαίνει τὸ ξηραίνω, ὡς λέγει Ὧρος ὁ Μιλήσιος· παρὰ τὸν σείριον, τὸν ἀστέρα.* Iam postquam diversissima ratione vocem *σείριος* explicare conatus est, pergit: *Ἔνιοι δὲ πάντα τὰ ἄστρα σείρια καλοῦσι . . . Ὁ δὲ Ἀντίμαχος σείρινα τὸν Δία ἔφη διὰ τὸ ἄστρον.* Schellenb. exspectat *σείριον τὸν Δία.* Blomf. scribere vult *σείριον τὸν Διὸς ἔφη Διὸς* (vel *Δία*) *τὸ ἄστρον*, vel etiam *σείριον τὸ Διὸς ἔφη ἄστρον*, certis fundamentis nullis nixus. Ducenda est vox *σείριος* secundum Suidam a *σείρ*, quo verbo *ἥλιος* indicetur; *σείρ* autem cognatum est vocabulo *θέρος*. Quam ob rem voce *σείριος* omnino sidus torrens significatur. Intelliguntur enim Canis sidus et Sol, a quibus ad omnia demum sidera nomen translatum est. Vide Hesych. *Σειρίου κυνὸς δίκην, Σοφοκλῆς, τὸν ἀστρῷον κύνα, ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον* (Orph. Arg. 121. *σείριος ἠέλιος.* Nic. Ther. 779.) *Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα.* cf. Schol. Ap. Rh. II, 517. et Schol. Oppian. Halieut. III, 48. Itaque nihil obstitit, quominus illa notio etiam Iovi utpote coeli temporumque rectori attribueretur. Vide Ap. Rh. II, 523. Sed quid pro *σείρινα* scribendum sit, incertum est; potuit esse *σείριον τὸν Δία.* Fortasse *σείρηνα*, quod eodem loco Blomfield. proposuit, provocans ad Lexic. rhet. ap. Eustath. Od. p. 1720, 54. ed. Rom. *Σείρηνες τὰ ἄστρα;* an *σείρινον* demus? Ut enim a *θέριος θέρινος*, ita a *σείριος σείρινος* oriri potuit. *Ζεὺς σείριος* vel *σείρην* vel *σείρινος* significat Coelum torridum.

LXXXIII. (Sch. 60. D. 67.)

Κοίας ἐκ χειρῶν σκόπελον μέτα ῥιπτάζουσι.

Et. M. p. 770, 10., et Cramer. Anecdd. I. p. 400. de voce *κοία. Σημαίνει τὴν σφαῖραν· ἡ χρῆσις παρὰ Ἀντιμάχῳ·*

Κοίας ἐκ χειρῶν εἰς σκόπελον μεταριπτάζουσι.

Ut supra versum dedimus, scribit Spohnius de extr. Od. parte p. 208. cf. Hom. Od. VI, 115.

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔῤῥιψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια.

Κοία, ut aiunt grammatici laudati, est glossa Antimachea, significans *σφαίραν*, quâ cum explicatione partim congruit Hesych. v. *κοίας· σφαίρας ἢ λίθους*, et Moschopol. *κοίαν*, *στρογγύλον λίθον* interpretatus. — Intelligitur fortasse *δίσκος*; Hom. Od. VIII, 190. — cf. Hesych. *κωαί*, *ἀστράγαλοι*, eundem v. *εὐρυκόωσα*, quod noctis epitheton esse tradit, — *ἡ πολλὰ κοιλήματα ἔχουσα· κόους γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ κοιλήματα ἔλεγον*. Verbum primitivum, unde vox deducta sit, videtur *κύω* vel *γύω*, curvare. Ad verbum *γύω* perducunt *γύη*, *γυῖον*, *γύαλον*, *γόνυ*, *γῶνος*; *γύρω*, *γῦρος*. a *κύω* ortum est *κῦμα*, *κόος*, *κωαί*, *κοία*; inserto $\overline{\varphi}$, *κυφός*, unde *κύπτω*, cubo; inserto $\overline{\lambda}$, *κύλος*, *κοῖλος*, *κυλλός* (cavus, curvus, coelum, collis), *κολωνός*, *κορώνη* et alia verba, quae omnia curvationis notionem continent. Itaque non dubito, quin *Κοῖος*, Terrae Uranique filius (Hes. Theog. 134.), qui ibidem 404 sqq. ex Phoebe procreasse dicitur Latonam et Asteriam, Coelum, *κοῖλον*, significet.

LXXXIV. (Sch. 66. D. 107.)

Diod. Sicul. III, 64. *Τῶν δὲ ποιητῶν τινὲς, ὧν ἐστὶ καὶ Ἀντίμαχος, ἀποφαίνονται τὸν Λυκοῦργον οὐ Θρᾴκης, ἀλλὰ τῆς Ἀραβίας γεγονέναι βασιλέα, καὶ τῷ τε Διονύσῳ καὶ ταῖς Βάκχαις τὴν ἐπίθεσιν ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀραβίαν Νύσῃ πεποιῆσθαι.* Fundamentum fabulae habes Il. VI, 130 sqq., quo loco rerum scena definite non indicatur. Hinc factum est, ut posteriores alii alias in regiones fabulam transferrent. Diod. l. l. et Apollod. III, 5. princ. Thraciae regem Lycurgum fuisse statuunt. Vide Heynium ad Apollod. p. 563. Homeri narrationem respicientibus nobis hunc locum cum fr. 77. coniungere fortasse licet.

LXXXV. (Sch. 67. D. 108.)

Paus. Boeot. 35. p. 781. *Ἀντίμαχος οὔτε ἀριθμὸν Χαρίτων οὔτε ὄνομα εἰπών, Αἴγλης εἶναι θυγατέρας καὶ Ἡλίου φησὶν αὐτάς. Ἑρμησιάνακτι δὲ τῷ τὰ ἐλεγεῖα γράψαντι τοσόνδε οὐ κατὰ τὴν τῶν πρότερον δόξαν ἐστὶν αὐτῷ πεποιημένον, ὡς ἡ Πειθὼ Χαρίτων εἴη καὶ αὐτὴ μία.* — Ut plerorumque deorum Graecorum vis prima erat physica et postea ad generis humani societatem translata est, ita etiam Gratiae primo erant deae naturales laetam terrae fertilitatem et ubertatem significantes. Quam Gratiarum pristinam notionem doctissime exponit Welckerus ad Schwenck. etym.-myth. Animadvv. p. 288 sqq. Posterioribus autem temporibus deae sunt sociales, laetos hominum coetus ac celebrationes certo modo ordinantes et solenniter eleganterque exornantes. Antimacho, quum Solem et Aeglen Gratiis parentes attribueret, utra Gratiarum significatio obversata sit non apparet; sed quum doctrinae eum sciamus studiosum, ad antiquam illam physicam Gratiarum naturam eum respexisse suspicamur. Solem et Aeglen parentes Gratiarum dixit, quod Solis calore et splendore terrae fertilitas procreatur. Pausaniam exscripsit Schol. ad Anthol. Graec. I, 27. p. 52 ed. Francof. (1600.) *Ἀντίμαχος οὔτε ὄνομα αὐτῶν οὔτε ἀριθμὸν εἰπών, Αἴγλης καὶ Ἡλίου θυγατέρας εἶναί φησι· Ἑρμησίαναξ ὁ ἐλεγειοποιὸς Πυρὼ Χαρίτων μίαν εἶναί φησι.* Quibus in verbis pro Pausaniae *Πειθώ* legitur *Πυρώ*. Itaque quamquam persuadendi dea etiam apud Suidam s. v. *Χάριτας* inter Gratias nominatur, tamen quum nomen *Πυρώ* optime cum Gratiarum natura congruat, utrum Hermesianacti tribuendum sit, dubitari possit. Nam ut Pyroïs nomen uni ex Solis equis inditum est, Hygin. fab. 183. Ovid. Met. II, 153., sic hoc quoque nomen *Πυρώ* ad Solem spectat, qui ab Antimacho Gratiarum dicitur pater. Multis Graeciae in locis aliqua ratione Gratiae cum lucis deo consociatae inveniuntur. Vide Welcker. l. l. p. 290. — Aegle vox concidit cum Aglaia, quod unius ipsarum Gratiarum nomen a nonnullis matri addictum est.

Quam ob causam in Phurnut. N. D. 15. ἔνιοι Εὐάνθην ἔφασαν τὴν μητέρα τῶν Χαρίτων εἶναι, τινὲς δὲ Ἀγλαΐαν, non opus est, id quod fecit Galenus, verbum Ἀγλαΐαν in Αἴγλην mutare. Patrem Gratiarum fere omnes veteres faciunt Iovem, sed de matre et in ipsarum nominibus et numero constituendo maxime inter se discrepant. Sed ea nomina fere omnia pristinam Gratiarum physicam vim et naturam portendunt.

LXXXVI. (Sch. 70. D. 86.)

Τήνου τ' ὀφιοέσσης.

Schol. ad Aristoph. Plut. 718. „ἐμβαλὼν σκορόδων κεφαλὰς τρεῖς Τηνίων.“ Ὅτι ἐν τῇ Τήνῳ, μιᾷ τῶν Κυκλάδων νήσῳ, ὄφεις καὶ σκορπίοι δεινοὶ ἐγίνοντο· ἢ ὅτι ἡ Τῆνος δριμύτατα σκόροδα φέρει. Ἡ Τῆνος δὲ αὕτη θηριώδης δοκεῖ εἶναι, καὶ Εὔπολις Πόλεσι· Τῆνος αὕτη πολλοὺς ἔχουσα σκορπίους ἔχεις τε συκοφάντας. Καλλίστρατος δὲ ἐπὶ τὸ σαφὲς κατηνέχθη, ὡς σκοροδοφόρου τῆς γῆς οὔσης. διὸ καὶ τὸ παρὰ Ἀντιμάχῳ· Τήνου τ' ὀφιοέσσης, οὐ καλῶς ἔχειν δοκεῖ. Quibus ex verbis perturbatis quantum potest perspici, Tenus insula ferebatur fecunda allii et serpentum; sed quum allii odorem serpentes odisse veteres opinarentur (Plin. H. N. XX, 6, 23.), eandem insulam et σκοροδοφόρον et ὀφιόεσσαν esse non potuisse grammaticus argutulus docet. Quam ob causam de Antimachi verbis, quibus Tenus, allio abundans, ὀφιόεσσα nuncupetur, dicit οὐ καλῶς ἔχειν δοκεῖ. Tenum anguiferam fuisse testantur nomina Ὑδροῦσσα et Ὀφιοῦσσα insulae indita. V. Steph. Byz. h. v. (Hesych. Ὑδροῦσα· ἡ Κέως οὕτω ἐκαλεῖτο, insulam Ceos cum Teno per errorem commutasse videtur.). Ὑδροῦσσα enim cognomen non ab ὕδατος copia cum Aristotele ap. Plin. H. N. IV, 12, 22. repetere licet, sed originem traxit ab hydris, serpentibus. Vocis ὀφιοέσσης prima syllaba Antimachus usus est longa; cf. Hom. Il. XII, 208. αἰόλον ὄφιν. Spitzn. vers. her. p. 78. — Nic. Bach. ad Argonautas, itaque ad Lyden fr.

refert. Nam Boreadae in Teno insula interfecti dicuntur ab Hercule, quod reliquis Argonautis, ut Herculem Hylan quaerentem relinquerent, consilium dederant. Schol. Ap. Rh. III, 409. Schol. Pind. Pyth. IV, 398.

LXXXVII. (Sch. 76. D. 87.)

θέρεος σταθεροῖο.

Schol. Plat. p. 315. Bekk. *Σταθερὸν τὸ σφόδρα θερμὸν, ἀπὸ τῆς ἐν θέρει μεσημβρίας· καὶ Ἀντίμαχος· θέρεος σταθεροῖο.* Eadem verba Antimachi praebent Suid. s. v. *σταθερός* et Phot. Lex. p. 394. Herm. Cf. de voce *σταθερός* praeter Ruhnk. ad Timaeum p. 235. Lobeck. ad Phrynich. p. 215.

LXXXVIII. (Sch. 83. D. 96.)

Suidas *ἀνατυπῶσαι· ἀντὶ τοῦ ἀνατρέψαι· Ἀντίμαχος.* Kuesteri correctio *ἀνατροπῶσαι* prava. Forma verbi debuit esse *ἀνατροπῆσαι*, ut Hom. Il. IX, 500. *παρατροπᾶν.* cf. Lobeck. Parerg. ad Phrynich. c. III, p. 580 sqq. et Spitzn. ad Il. Excurs. XIX. *Ἀνατυπῶσαι*, ductum a voce *τύπος*, est reformare; itaque recte explicatur *ἀνατρέψαι.*

LXXXIX. (Sch. 84. D. 98.)

Hesych. *Γαιηΐδα τὴν Φοίβην· Ἀντίμαχος.* In Hesiod. Th. 136. Phoebe Terrae et Urani filia est, itaque *Γαιηΐδα* dixit Antimachus. cf. Hom. Od. VII, 234. *Τιτυὸν, Γαιήϊον υἱόν.*

XC. (Sch. 85. D. 99.)

Hesych. *Ἑανηφόρος· ἡ Ἠὼς, παρὰ Ἀντιμάχῳ.* *Ἑανὸν* substantivum, cui ab Homero adiectiva tribuuntur *νεκτάρεον, ἀργὴς φαεινὸν, ἀμβρόσιον* (Il. III, 385. 419. XIV, 178.), hac in voce composita significat Aurorae vestem nitentem.

XCI. (Sch. 86. D. 100.)

Hesych. *Εἰσκονιανοί· οἱ Ἐφέσιοι, ὡς Ἀντίμαχος.* Kuesterus emendavit *οἱ Σαμονιανοί* (a *Σαμονία*, antiquo Ephesi nomine. Hesych. v. *Σάμον.*); Sopingius *ἔϊσκον Ἰαννοί*, quam coniecturam probarunt Voss. ad Catull. p. 220. et Hemsterhus. ad Hesych. Duebner. *Ἔισκον Ἰάονιοι, Ἐφέσιοι*, ut substantivum sit secutum. Nos *Εἰσκονιανοί* non reiicimus. Inter multa enim et diversissima nomina, quibus prae ceteris urbibus Ephesus a veteribus est apellata, ut *Ὀρτυγία, Πτελέα, Σαμόρνα* (*Σμύρνα*, vid. Callin. fr. 4. ed. Bergk.), *Αἱμονία* (Hesych.), *Ἀρμενία* (Hesych. v. *Ἄρτεμις Ἀρμενίη*, quod Hemsterhus. prave mutavit in *Αἱμονίη.*), *Ἀλόπη* (Hygin. fab. 14.), inter haec igitur etiam *Εἰσκόνιον* vel *Εἰσκονία* esse potuit, occultum nomen et reconditum, sed Colophonio poetae notum. *Εἰσκονιανός* autem eadem ratione, qua *Σαρδιανός, Παριανός*, alia, formatum est.

XCII. (Sch. 87. D. 101.)

Hesych. *ἐπίηρα· τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν μεγάλην, ἢ ἐκ τῆς περιουσίας, ὡς Ἀντίμαχος.* Grammaticus substantivum *ἐπίηρα* tribuit Antimacho, quam vocem etiam in Homero (Il. I, 572. 578.) in *ἐπὶ ἦρα* cum Buttmanno (Lexil. I. p. 150.) et aliis disiungere non licet.

XCIII. (Sch. 88. D. 102.)

Hesych. *ζειροφόρος, ὁ Ἀΐδης, παρὰ Ἀντιμάχῳ.* Idem praebent Bekk. Anecdd. I. p. 261. — Schwenck. (Miscell. mythol. in Welckeri et Naekii Mus. Rhen. II, p. 201.) haeret in voce *ζειροφόρος* attributa Plutoni. De Marte zona cincto dictum esse suspicatur, itaque *Ἀΐδης* mutandum esse in *Ἄρης*. Vix crediderim. Plutonem amplis vestibus indutum ab artificibus scimus; et ad talia artificia respicientem, vel potius quia omnes Plutonem ita sibi animo fingebant, Antimachum *ζειροφόρον Ἀΐδην* dixisse arbitror. *Ζειρὰν* autem

longam significare vestem vel ex Xenophontis verbis (Anab. VII, 4, 4.) videmus: *καὶ ζειρὰς μεχρὶ τῶν ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ χλαμύδας*, quem locum Et. M. 410, 20. affert. cf. Hesych. v. *ζειρατὴς* et *ζεῖρη*. Et res et verbum est barbarum; itaque grammatici quid esset ignari vario modo derivarunt et explicarunt. Vide Et. M. l. l.

XCIV. (Sch. 89. D. 103.)

Hesych. *σύστενον, στενοχωρημένον· τρίχινος χιτὼν ἢ ῥυπαρός· Ἀντίμαχος.* Priora verba *σύστενον, στενοχωρημένον* seiungenda sunt a sequentibus, quibus glossa Antimachea, litteris *συσ* incipiens, praeposita fuisse videtur. Scribimus igitur: *Σύστενον, ἐστενοχωρημένον. — Συσ ... τρύχινος χιτὼν ἢ ῥυπαρός. Ἀντ.* — Et. M. *τρίχινον* (scr. *τρύχινον*) *παρὰ τὸ τρύχω, τὸ καταπονῶ, τὸ καταπονοῦν καὶ ἀλγῦνον τὸ σῶμα.*

XCV. (Sch. 90. D. 104.)

Hesych. *χηρήϊον οἶκον, παρὰ Ἀντιμάχῳ, τὸν ἄτακτον.*

XCVI. (Sch. 91. D. 90.)

μεμυζότε μυδαλέω τε.

Eustath. ad Od. XIII. p. 523, 46. Bas. *μύζω· ἐξ οὗ τὸ μεμυζότε μυδαλέω τε, παρὰ Ἀντιμάχῳ.* Dictum de hominibus permadefactis, fortasse de Tydeo et Polynice ad Adrasti domum venientibus. cf. Stat. I, 387 sqq. Voce *μυδαλέος* Homerus et Hesiodus vulgo utuntur de hominibus lacrimis vel sanguine madentibus; Il. XI, 54. Hes. Scut. 270. cf. Hesych. v. *μυδαλέον . διϋγρον* (sic scr. pro *δρυϊνον*.) *διάβροχον, τὸ ἐπίδακρυ καὶ κάθυγρον αἵματος, νότερον, ῥυπαρόν.* *Μύζειν* autem cohaeret cum voce *μυδάω*, Hesych. *μεμυδότες, ῥέοντες;* itaque participium additum idem, quod *μυδαλέω* significare puto. Vide Lobeck. ad Buttm. Gramm. graec. ampl. II. p. 31.

XCVII. (Sch. 81. D. 83.)

ἐπεί ῥά οἱ ἥδυμος ἐλθών.

Schol. Bekk. ad Il. II, 1. et Eustath. ad eund. loc. Afferuntur verba propter formam ἥδυμος, qua recentiores pro Homeri νήδυμος usi dicuntur. Utrum in Homero, ubi semper somno est attributum, νήδυμος an ἥδυμος legendum sit, et a veteribus et a recentioribus multum est certatum. Buttmanno adstipulamur, qui (Lexil. I. p. 179. sqq.) ἥδυμος pristinam in Homero formam fuisse paullatimque νήδυμος a rhapsodis illatum esse statuit. Neque enim video, quomodo auctor antiquissimus Hymni in Mercur. 241. 449. et Hesiod. (Tzetz. ad Hom. p. 4. Herm.) et Alcman (Et. M.) et Simonides (Scholl. all.), qui omnes alieni erant a grammaticis criticisque disquisitionibus, illo verbo uti potuerint. Ἥδυμος a voce ἡδύς ortum est, ut a σπόρος σπόριμος, a καλός κάλλιμος, a κῦδος κύδιμος all. Etiam Antimachus in Homero suo ἥδυμος legisse videtur; unde neque in suis ipsius poematis adhibere dubitavit. Ex Alexandrinis ἥδυμος ὕπνος praebet Ap. Rh. II, 407.

XCVIII.

Ibid. ad Il. III, 197. πηγεσιμάλλῳ· ἐκ τοῦ πηγὸν τὸ μέλαν, „κύματι πηγῷ" (Od. V, 388.), ἐξ ἀντικειμένου δέ φησιν ἐπ᾽ αὐτοῦ „ὅςτ᾽ οἰῶν μέγα πῶϋ διέρχεται ἀργεννάων." ἐν λευκοῖς δὲ ὁ μέλας διαφερώτερος, καὶ τοὺς ἵππους τοὺς πηγοὺς ἀθλοφόρους λέγει (Il. IX, 124.), παρ᾽ ὅσον οἱ περὶ ἱππικῆς γράψαντές φασι πρὸς ἀρετὴν ἵππων ἀρίστους εἶναι τοὺς μέλανας, καὶ τὸ κῦμα δὲ ἀντιφράζων, ὅτε μὲν „κύματα πηγά" λέγει, ὅτε δὲ „μέλαν τέ ἑ κῦμα κάλυψε" (Il. XXIII, 693.) καὶ Ἀντίμαχος δὲ τὸ λευκὸν ὡς ἀντικείμενον τῷ πηγῷ λαμβάνει. Antimachus in suis poematis opposuit vocem πηγός τῷ λευκῷ, prava ista Homericorum locorum interpretatione seductus. Πηγός enim, a quo derivatum πήγνυμι, revera est τροφόεις, unde κῦμα πηγὸν idem, quod κῦμα τρόφι (Il. XI, 307.) et κύματα τροφόεντα (Il. XV, 621. Od.

III, 290.) et ἵπποι πηγοί equi perpasti sive pingues. Vide Heyn. ad Il. III, 197. Recte igitur Et. M. 669, 25. Homeri πηγοὺς ἵππους ἀθλοφόρους explicat εὐπαγεῖς et εὐτραφεῖς, et post verba σημαίνει καὶ τὸ μέλαν κατὰ διάλεκτον ὡς τὸ „κύματι πηγῷ" addit ἢ τῷ ηὐξημένῳ. cf. Hesych. v. πηγεσιμάλλῳ. Etiam Callim. H. in Dian. 90. κύνας ἥμισυ πηγοὺς colorem voce πηγός indicat. De compositione verbi πηγεσίμαλλος pro πηγόμαλλος vide Et. M. p. 73. v. ἀλφεσίβοιαι.

IC. (D. 61.)

Ibid. ad Il. III, 144. Ἀντίμαχος δὲ τὴν Κλυμένην Ἱππάλκου θυγατέρα εἶναί φησιν. Incertum, Homerici loci interpretamentum, an in ipsius Antimachi fuerit poematis. Idem valet de fr. sequenti.

C. (Sch. 68. D. 109.)

Ibidem ad Il. V, 389. annotatur: μητρυιή· ἡ τοῦ Ἑρμοῦ μητρυιά. Ἠερίβοια δὲ ἡ ἀέρια καὶ μεγάλα βοῶσα. Ἀντίμαχος δὲ ὁ Κολοφώνιος τὴν Ἠερίβοιαν μητρυιὰν Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου παραδίδωσι. Recte Oti et Ephialtae, non Mercurii novercam Eeriboeam dicit Antimachus. Ἠερίβοια metri causa per dilatationem ortum est ex Ἐρίβοια, quod terrae epitheton est significantissimum. Terra autem Otum et Ephialtem, ab Iphimedea (cf. Hes. ap. Schol. Ap. Rh. I, 482.) genitos, nutrivit (Od. XI, 305.). Eratosthenes autem (Apollod. I, 6, 2.) ab Iphimedea nutritos eos Terrae fuisse filios tradidit.

CI. (Sch. 74. D. 82.)

οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι.

Ibidem ad Il. XI, 753. et in Et. M. p. 271, 17., ubi σπιδόθεν explicatur voce μακρόθεν. Verba afferuntur propter Il. l. l., ubi grammaticorum veterum alteri legebant δι' ἀσπιδέος πεδίοιο, alteri, ad Antimachi et Aeschyli (σπίδιον μῆκος

ὁδοῦ) usum et exempla provocantes, διὰ σπιδέος πεδίοιο maluerunt. Locos grammaticorum huc pertinentes contulerunt et corrigere studuerunt Blomf. Class. Iourn. VII, p. 234. et Spitzn. ad Il. Excurs. XXI. p. XCV., quorum opera elucet Ptolemaeum Ascalonitam scripsisse δι' ἀσπιδέος, Cratetem, Zenodotum, alios διὰ σπιδέος, Aristarchum et Alexionem, utrum anteferrent dubitasse. Lectio διὰ σπιδέος, i. e. μακροῦ καὶ πολλοῦ, vera videtur; derivanda enim est vox a σπίζω, quod significat ἐκτείνειν καὶ μηκύνειν; qui malunt ἀσπιδέος, ad ἀσπίς respicientes interpretantur campum clypei instar curvatum aut caesorum fugientiumque scutis obrutum. Sed quaecunque Homeri est scriptura, Antimachi habemus de eo loco sententiam eiusdemque videmus vocis illius usum.

CII. (D. 98.)

φὴ γέρων οἶσιν.

Ibid. ad Il. XIV, 499. 500. Scholia persuadere student Homerum vocem φή, quam Zenodotus in Il. II, 144. et XIV, 499. tuebatur, Aristarchus reiecit, non cognosse. V. 499. ὁ ποιητὴς οὐδέποτε οἶδε τὸ φὴ ἀντὶ τοῦ ὡς, οἱ δὲ μετ' αὐτὸν, ὥςπερ Ἀντίμαχος καὶ οἱ περὶ Καλλίμαχον. v. 500. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος τὸ φὴ ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν· ἴσως δὲ καὶ Ἀντίμαχος ἐπλανήθη, „φὴ γέρων οἶσιν“ εἰπών. Antimachus igitur, ait Scholiasta, prava ista in Homero lectione seductus falso id vocabulum adhibuit in suis poematis. Sed Buttm. (Lexil. I, p. 136 sqq.) particulam φή, rarissimam quidem et postea prorsus oblitteratam, ex Homero non delendam esse, quamquam Spitznero repugnante (Ed. Hom. Exc. XXV.), dilucide ostendit. Antimachus quoniam antiqua atque rara quaerebat, suscepit vocem φή. Hunc secutus est Callimachus, cui, monitus a Th. Bergkio, fragmentum a Io. Alexandrino de accent. p. 29. et 31. ex Herodiano sine auctoris nomine bis citatum: φὴ νέος οὐκ ἀπάλαμνος adiudico. — Antimachi verba Bekkerus scribit: φὴ γεράνοισιν, Buttmannus: φή ῥα γέρων οἶσιν, Bergkius in epistola: φὴ δὲ γέρων εἶσιν.

CIII. (Sch. 68.)

Πάντες δ' ἐν χείρεσσι καλαύροπας οὐατοέσσας
Ἕλον.

Ibidem ad Il. XXIII, 845. Pro ἕλον corrupto olim scripsi εἷλον vel εἷλοντ'; nunc praefero εἴλουν, quod verbum quatiendi notionem et iactandi continens idem significet, quod πάλλειν in Ap. Rh. IV, 974. πάλλεν ὀπηδεύουσα καλαύροπα. Bergkius mavult εἶχον et hoc fr. componere nos iubet cum fr. 32. βόας οὐτρίμου ἐξήλασσεν vel ἐξήλασσαν. Schol. Hom. l. l. καλαύροπα, pastorum baculum, explicat ῥάβδον καλὴν ῥοπὴν ἔχουσαν — παρὰ τὸ ῥέπω. A καλὸς vocem deductam esse nemo putabit. Et. M. p. 485, 37. derivat a κᾶλον et ῥέπειν. Ἔστι δὲ ξύλον, κατὰ τὸ ἕτερον μέρος ῥοπὴν ἔχον, ὅ ἐστι καμπήν. παρὰ τὸ ῥέπειν τὸ κᾶλον εἰς ἓν μέρος, ἐν ᾧ ἐστὶ παχύ. Fortasse vox orta est a verbo καλάω pro κυλάω, ut καλίω pro κυλίω, καλίνδω pro κυλίνδω. Ut enim a ταναός τανάϋπους, a ταλάω ταλαύρινος ortum est, sic voce καλάω in καλαῦροψ αυ in antepenultima explicatur. Ad interpretationem adiectivi Antimachei οὐατόεσσα verba Schol. Il. l. l. perducere poterunt: ἔχει δὲ ἐν τῷ κάτω μέρει δεσμὸν, εἰς ὃν εἴρουσι (scr. εἴργουσι vel εἰσάγουσι) τὴν χεῖρα.

CIV. (D. 88.)

εὐνεικέα δ' ἦσαν (λόγια) et *εὐνεικὲς κρίνον.*

Ibidem ad Il. XXIV, 29. traditur νεικεῖν vulgo ab Homero de eis, qui ante iudices certent, dici (Il. XVIII, 498. ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς.). οἱ δὲ νεώτεροι ἐπὶ τοῦ τὸ νεῖκος διαλύειν, ὡς Ἀντίμαχος· εὐνεικέα δ' ἔσαν λόγια, ἀντὶ τοῦ εὐδιάκριτα; Schol. Paris. εὐνείκεστα; Mosc. εὐνείκεστα δ' ἦσαν τὰ λόγια. Scribendum videtur εὐνεικέα δ' ἦσαν — (λόγια); perspicuitatis causa ex antecedentibus vel sequentibus Antimachi verbis λόγια a Scholiasta additum est. Schneider. in Lexic. εὐνείκητα δ' ἔσαν λ. — Schol. Victor. μετὰ δὲ εὐνεικὲς κρίνον, in quibus εὐνεικὲς κρίνον Antimachi esse puto; sed in εὐνεικέα κρίνον cum Duentzero non mutamus.

CV. (D. 85.)

οἰκέτην θέσκε κάρηαρ.

Bekk. Anecdd. III. p. 1386. κάρηαρ· κάρηας μὲν γὰρ οὐχ οἷόν τέ ἐστι παραλαμβάνειν τὴν εὐθεῖαν. ἐχρῆν δὲ παραλαμβάνειν παρὰ Ἀντιμάχου εὐθεῖαν, οἷον· οἰκέτην θ. κάρηαρ, ἀλλ' οὐχὶ κάρηας. Codex 2720. apud Cramer. Ann. Paris. IV, p. 53, 32. ἡ οἰκέτης θέσκε κάρη. Ibidem p. 65, 19. οἰκέτην θέσκε καρήαρ (sic). Antimachus igitur fuit solus vel primus, qui casum rectum fingeret κάρηαρ. Hunc nominativum grammatici sumpserunt ad explicandas formas καρήατος, καρήατι etc. Sed revera ex nominativo κάρη per dilatationem ortae sunt, κάρη, κάρητος, καρήατος; cuius rei ignarus Antimachus formavit nominativum ad analogiam verborum ἄλειφαρ, εἶδαρ, aliorum, quae primitivam litteram τ in casu recto mutant in ρ pro vulgari ς. Duentzerus οἴκτιστον θέσκε κάρηαρ; sed θέσκε in epicis non invenio. Ipse olim in Animadvv. volebam οἰκτρόν τε τίθεσκε κάρηαρ. G. Hermannus in epistola ingeniose οἴνη δ' ἤνθεσκε κάρηαρ, modo metaphorice de montis alicuius cacumine sermo sit. Duebnerus addit: „inter οἰ — et — κέτην potest aliquid deesse in codice, quem inspexi splendide sed non satis fida manu scriptum."

CVI. (D. 79.)

Ibidem III. p. 1416. Πύδης, Πύδου· ὄνομα ποταμοῦ, ὡς παρ' Ἀντιμάχῳ·

καδδ' εναπυδηερεοντα.

et paullo post:

Πύδητος καὶ τηλεκλήτου ποταμοῖο.

Docet grammaticus, Antimachum v. Πύδης duplici modo flexisse, tum ἰσοσυλλάβως, tum περιττοσυλλάβως, i. e. genitivum tum in ου exire, tum in ητος. Exit in ου, si υ breve est, in ητος, si υ est longum. Quod in utroque versu restituendo considerari oportet. De priore versu, quoniam verbum

finitum deest, difficile est statuere. Duentzerus *καδδ' αἰνὰ Πύδην ἐρέοντα*, sed quid ea verba significare velit nescio. Duebnerus *καδδ' ἦα Πύδην ἐρόεντα*, quod in fine versus propter quarti pedis caesuram trochaicam positum esse non potuit. Haud invitus in Hermanni partes eo, qui *κὰδ δὲ Πύδην ἐρόεντα* proposuit et urbem Pyden significari suspicatur.

In altero versu Duebner. *κρῆναι* pro *καί* mavult. Hermanno facile adstipulor, delenti *καί*:

Πύδητος τηλεκλείτου ποταμοῖο.

De Pyde vide Steph. Byz. s. v. *Πύδης· πόλις καὶ ποταμὸς Πισιδίας.*

CVII. (D. 80.)

Οἱ δὲ τὸν αἰνοτάλαντα κατέστυγον.

Ibid. III. p. 1422. ubi Choeroboscus docet ex adiectivis in $\overline{ας}$ exeuntibus, quorum genitivis vulgo in $\overline{ανος}$ est terminatio, *τάλας* et *μέλας* genitivum formare in $\overline{αντος}$. Quod ut probetur, citat *Μελαντείους δ' ἐπὶ πέτρας*, quae ex Ap. Rh. IV, 1706. *πέτρας ῥίμφα Μελαντείους* sumpta paullulum depravata sunt, et Hom. Il. IV, 277. et Hipponactis fr. 6. (Schneidew.) et Antimachi verba supra exhibita. Vide Bast. Ep. crit. p. 90. — In cod. legitur *λινοτάλαντα*. Pro *κατέστυγον* malo *κατέστενον*. Dictum est fortasse de Archemoro puello, an, id quod opinatur Duebnerus citans Stat. Theb. XI, 50., de Oedipode intelligamus?

CVIII. (D. 92.)

1) *ἀμορφύνειν ἐθέλωσιν.*
2) *ἀκαχύνω* et *ἀκαχυνέμεν.*

Priora verba Antimachi citantur in Crameri Anecdd. I. p. 55; sequitur deinde: „*ἀκαχύνω*“ *ὁ αὐτός· ἔνθεν ἀπαρέμφατον* „*ἀκαχυνέμεν*“. Antimachus haec ipse ex analogia aliorum verborum in $\overline{υνω}$ exeuntium finxisse videtur. *Ἀμορφύνειν* grammaticus recte explicat voce *ἀμορφοποιεῖν*,

quum verba in ῡνω actionem semper significent eam, quae condicionem vocis primitivae procreat. Vide de hoc verbo Rostii Thesaur. s. v. In ἀκαχύνειν autem derivationis leges stricte non observavit poeta. Verba enim in ῡνω semper ex adiectivis formantur; sed ἀκαχύνειν a verbo ἀκαχεῖν derivatum est. Idem esse videtur, quod ἀκαχίζειν Homeri. Od. XVI, 432.

CIX. (D. 93.)

Cramer. Anecdd. I. p. 71. τὸ δὲ ἄγρει τῷ ἄγε πλησιάζει μὲν, συμπέπτωκε προςτακτικοῖς ῥήμασι. Τὸ δε ἄγρει Δωρικῶς ἄγει λέγεται· καί ἐστιν ὡς προςτακτικὸν ἐπίῤῥημα, καὶ τὸ πληθυντικὸν ἄγρειτε φασί. καὶ ὁ ποιητὴς· „ἄγρειθ', αἱ μὲν δῶμα κορήσατε“ (Od. XX, 149.). Ὁ δὲ Ἀντίμαχος ἄργειτε ἔφη ὑπερβιβάσας τὸ ῥ. De verbo ἀγρέω, cuius solus imperativus ἄγρει et ἀγρεῖτε, sive adverbialiter ἄγρειτε, in usu erat, egit Buttm. in Lexil. I. p. 129. Demonstravit idem esse, quod αἱρέω. Apud Homerum alter imperativus de re ipsa agenda semper sequitur, ita ut adverbii quasi vicibus ἄγρει fungatur; sed in Archilochi fr. 4. (Schneidewin.) nude positum primitivam verbi habet vim. Antimachus teste grammatico scripsit ἄργειτε. Eiusmodi litterae ῥ transpositionum exempla collecta vide ap. Meinek. ad Euphor. fr. 83. (Anall. Alex. p. 118.), cf. Salmas. ad Herod. Inscr. p. 123. et Valcken. ad Theocr. Adon. p. 149. a. Itaque non est quod ad Duebneri opinionem refugiamus de Antimacheo ἄργειτε haec dicentis: „fortasse verbum ἀργεῖτε, desides estis, moramini, apud Antimachum sequebatur imperativus: quod grammatico in mentem revocaverit Homericum ἄγρειτε, et idem esse persuaserit.“ Antimachus Iliad. XI, 512. ἄργει scripsit pro vulg. ἄγρει.

CX. (D. 74.)

Τό ῥά οἱ ἀγχιλεχὲς κρέματο περὶ πάσσαλον αἰεί.

Ibid. I. p. 158. Βάθος ἀγχιβαθής, λέχος ἀγχιλεχής·

Ἀντίμαχος· Τό ῥά κ. τ. λ. In libro est *ἀεί* pro *αἰεί.* De gladio sine dubio dictum est; praecessit igitur *ξίφος* vel *φάσγανον.* Bergk. (in Zimmerm. Ephem. litt. antiqu. 1835. N. 37.) comparavit Theocr. Id. XXIV, 42.

Δαιδάλεον δ' ὥρμησε μετὰ ξίφος, ὅ οἱ ὕπερθε
Κλιντῆρος κεδρίνω περὶ πασσάλῳ αἰὲν ἄωρτο.

CXI. (D. 94.)

Ibid. I. p. 413. loquitur grammaticus de voce *τέρην.* Comparativum eius verbi formari ex voce *τέρενος τερενώτερος. ὁ δὲ Ἀντίμαχος ἀπὸ τοῦ τέρενος εἶπε κατὰ συγκοπὴν „τέρεντρον“, ἀπὸ τούτου τερενώτερος* (corr. *ἀπὸ τοῦ τερενώτερος,* vel potius *ἀντὶ τοῦ τερ.*). Recte Bergk. l. ad fr. anteced. cit. *τερέντερον* scribendum esse censet. Non autem per syncopen factum est ex *τέρενος,* sed poeta non abhorrens a formationis regulis comparativi terminationem apposuit ad pristinam vocis formam, ut *μελάντερος, φαάντερος, φίλτερος.* In epigrammatis occurrit *τερεινότερος* ut *μελαινοτάτη.* Lucill. Epigr. 31.

CXII. (D. 39.)

Οἱ δὲ πάροιθε πόνοιο νενεύκασιν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ.

Ibid. III. p. 296. et IV. p. 415. et Drac. Strat. p. 33. — *Νενεύκασιν* Bast. in Schaefer. ed. Greg. Cor. p. 166. et Thiersch. Gramm. Hom. p. 343. cum nonnullis aliis exemplum afferunt terminationis tert. pers. plur. perf. correptae. Quibus repugnat Hermannus Regul. prosod. p. 445. Iniuria, opinor.

CXIII.

Phot. Lexic. p. 353. Herm. *Πυρσολόφους, τοὺς ἐκ πυροπτηθεισῶν βυρσῶν ἱμάντας τεμνομένους. Ἀντίμαχος.* Glossa est Antimachea. *Λόφος,* a *λέπω,* hoc loco significationem habet rarissimam cutis vel corii, ita ut

πυρσόλοφος sit corium igne praeparatum, unde notio a lexicographo supra memorata derivatur. cf. Hesych. *πυρώλοφοι, ἱμάντες οἱ παρ' ὀπτηθεισῶν βυρσῶν τεμνόμενοι.*

CXIV. (Sch. 75. D. 38.)

Τὼ δ' αὐτ' ἀμφὶ κονισάλεον πεπονήατο δίφρον.

Herodian. *περὶ μον. λεξ.* p. 4. Dindorf. docet adiectiva in ‾*αλεος* exeuntia paroxytona esse praeter *δαιδάλεος, κονισάλεος, ἀτασθάλεος, αἰθάλεος*, cuius rei exemplum affert versum propositum. *Τὼ* reposuit pro *τῷ* Welcker. Cycl. ep. p. 104. qui ingeniose ad Molionidas haec refert. Verba *κονισάλεον δίφρον* ex Antimacho etiam Et. M. p. 261. citat. Schellenbergius, qui hunc tantum locum novit, dedit *κονισσάλεον;* aliter enim in carmine poni non posse. Quod probant Bekk. et Peyron. ad Et. M. l. l. Assentiebatur olim Meinek. ad Euphor. fr. 19. p. 72. qui poeta ad Antimachi exemplum eodem verbo rarissimo usus est. Sed nunc Meinek. in Anall. Alex. p. 54. in eodem fr. scribit uno sigma. *Κονίσαλος* legitur in Et. M. p. 19, 55. et *κονισάλεος* praeter locum supra laudatum etiam p. 528, 52. Hesych. *κονισάλεος, κονίσαλοι, κονίσαλος*, alia uno sigma. Huc accedit Herodianus et Euphorionis fragmentum. Tuemur formas *κονίσαλος* et *κονισάλεος;* cuius rei auctoritatem nobis faciunt verbum *κονίω*, in quo iota nunquam non longum est, et *ἀκόνῑτον* (Nicand. Alex. 13.) et *ἀκονῑτί.* — Peyron. in not. ad Et. M. citans Arat. Phaenom. 82. vult *πεπονείατο.* Sed *πεπονήατο* recte positum. Versus similis est Ap. Rh. I, 752. qui in Arsen. Violet. p. 403. Walz. nomine Apollodori citatur:

Ἐν δὲ δύω δίφροι πεπονήατο δηριόωντε.

CXV. (D. 91.)

φόλυες κύνες.

Ibid. p. 32, 33. *πολύς· τὰ εἰς ‾υς λήγοντα καθαρὸν ἔχοντα τὸ ῡ συνεσταλμένον βαρύνεσθαι θέλει· θῆλυς, φόλυς·*

„φόλυες κύνες“ παρὰ τῷ Ἀντιμάχῳ. Quibus verbis postquam alia multa exempla adiunxit, addit: σημειῶδες ἄρα τὸ πολύς ὀξυνόμενον. Vide Goettling. de accentu p. 310. — Antimachi φόλυες κύνες explicare studet Hesych. φόλυες κύνες, οἱ πυῤῥοὶ ὄντες μέλανα στόματα εἶχον. Maculosi autem canes sunt praestantissimi testibus Cynegeticorum scriptoribus. Vide Oppian. Cyneg. I, 430. Xenoph. Cyneg. 978.

CXVI. (D. 84.)

Ἀεὶ φάρεος κατεύουσιν ἔχων.

Ibid. p. 35. Postquam grammaticus de vocis φάρος sive φᾶρος diversa quantitate et genere et significatione disseruit, si alpha correpto neutrius generis esset, φάρος significare et vestem et aratrum, his verbis docuit: οὐδέτερον ὅποτε σημαντικὸν τοῦ ἱματίου ἢ καὶ ἀρότρου, ὡς καὶ παρ' Ἀλκμᾶνι, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ· Ἀεὶ — ἔχων· οὕτως ἐν τοῖς ἀντιγράφοις εἴρηται (scr. εὕρηται). Ex quibus hoc, puto, sumere licet, apud Alcmanem et in Antimachi verbis allatis φάρος esse aratrum; nam si vestem significaret, quae notio est tritissima, auctoritas illorum poetarum grammatico non erat proferenda. Φάρος autem, aratrum, vox est plane diversa ab ea, quae vestis significationem habet. Derivatur enim a verbo φάρω, quod est diffindere; hinc φαρόω, arare, quod cave ne ex ἀρόω ortum esse opineris (Buttm. Lexil. I. p. 244.). cf. Callim. fr. 183. ἄφαρον (ἀφάροτον?) φαρόωσι, μέλει δέ φιν ὄμπνιον ἔργον. et Hesych. v. βούφαρος· φάρος γὰρ ἡ ἄροσις, et φάραγξ, τάφρος, κοίλωμα, et Et. M. p. 195, 56. v. ἀφάροτος. — Ex ipsius grammatici verbis apparet in libris, unde hauserit, Antimachi verba iam manca et mutila fuisse. Duebnerus secundum Ovid. Met. III, 127. huiuscemodi versum Antimacho tribuit:

Κάββαλεν ὅπλ' ἐπ' ἀγροῖσι φάρους κατέουσιν Ἐχίων.

Lobeck. Pathol. p. 62. ἀεὶ φάρεος κατέουσαν Ἐχῖνον peri-

clitatur. Nos facimus cum Bergkio, qui pentametri particulam verba Antimachi continere suspicatus, ut sic scriberem monuit:

ἀεὶ φάρεος (γῆν) κατέουσαν ἔχων.

CXVII. (D. 114.)

Probus in Virgil. Georg. I, 18. Adonis, ut Hesiodus ait, Phoenicis et Alphesiboeae Agenoris; Choantis, qui Syriam Arabiamque tenuit imperio, ut Antimachus ait. Regnavit in Cypro, ut Philostephanus. Memorat locum Schneidewin. Coniectt. crit. p. 70. De Adonide vide Apollod. III, 14. qui filium eum dicit Cinyrae, Syriae regis, et Metharmes Cypridis. Eodem teste Panyasis eius patrem dixit Thiantem, regem Assyriae; quo loco olim *Θόαντος* pro *Θείαντος* legebatur. Quam ob causam in Probi verbis scribendum erit Thiantis pro Choantis.

FRAGMENTA DUBIA.

CXVIII. (Sch. 80. D. 113.)

Steph. Byz. v. *Ὑπερβόρεοι· Ἀντίμαχος τοὺς αὐτοὺς φησιν εἶναι τοῖς Ἀριμασποῖς.* Idem *Ἀριμασποὶ, ἔθνος Ὑπερβορεῖον.* — Fortasse pro *Ἀντίμαχος* scribendum est *Καλλίμαχος*, quum hic in Hymn. Del. 291. Hyperboreos vocet Arimaspos. cf. Spanhem. ad h. l., quem eundem de Hyperboreis et Arimaspis latius disserentem videas. Saepius Antimachi nomen cum Callimacho permutatum est. In Euseb. Praepar. Ev. X. p. 491. ed. Vig. est *Καλλίμαχος ὁ Κολοφώνιος* pro *Ἀντίμαχος ὁ Κ.*, ut recte legitur ap. Tatian. orat. adv. Graec. §. 48. p. 160. ed. Paris. Sic in Triclinii Schol. ad Soph. O. C. 14. (fr. 52.) Callimachi nomen pro Antimacho

invasit. In Luciani autem libello Quom. histor. conscrib. sit T. II. p. 65., quoniam Callimachus *βραχυλογίας* studiosissimus esset, pro *Καλλίμαχος* falso Pierson. ad Herodian. Philhet. p. 439. probante Ruhnkenio intulit Antimachum; nam etiam Callimachus in summa brevitate loquacissimus est, cfr. Alf. Heckeri Commentt. Callimach. p. 135. sq., qui Wyttenbachii conatum in Eunapii verbis *ὡς εἰ Καλλίμαχον Ὁμήρῳ τις ἀντιστήσειεν* Antimachum restituentis prudenter repressit; adde C. Fr. Hermanni not. ad Luciani locum p. 336. sq. Inversa ratione in fr. sequenti et in Anthol. Gr. IV, 12, 104. (vide infra epigramma) Antimachus Callimachum loco pepulisse videtur. — Si Antimacho hoc fr. attribuendum est, cum Welckero (Cycl. ep. p. 104. Not. 16.) ad Thebaidem poterimus referre. Nam quum Mantus Thebaidis consecrationem, qua Apollini Delphico sacrata est, in Antimachi carmine descriptam fuisse veri sit simillimum; ut in Epigonis Homericis Hyperborei memorantur (Herodot. IV, 32.), ita in Antimachi quoque Thebaide eorum mentio facta esse videtur.

CXIX. (Sch. 77. D. 64.)

Ἔστιν μοι Μάγνης ἐννεάμυκλος ὄνος.

Herodian. Philhet. p. 439. ed. Pierson. *ἐννεάμυκλος ὄνος, παρὰ Ἀντιμάχῳ· ὄνου μύκλαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τοῖς σκέλεσι τῶν ὄνων περιγραφαί.* Eadem verba, sed auctiora, ut supra leguntur, Et. M. p. 594, 20. et Tzetz. ad Lycophr. 771. tribuunt Callimacho. Vide Callim. fr. 180. Ut Antimacho adiudicemus et ad eius Catachenen cum Bergkio (in Zimmerm. Actis schol. 1835. II. N. 37.) et Duebnero referamus, possit nos Magnesiae et Colophonis urbium vicinia commovere. — De voce *μύκλαι* cf. Hesych. s. v. *αἱ περὶ τὰ σκέλη καὶ ἐν τοῖς ποσὶ καὶ ἐπὶ νώτου τῶν ὄνων γραμμαί*, e quarum numero aetas fortasse in asinis dignoscebatur, ut ait Stephan. ad Hesych. glossam *ἐννεάμυκλος, ἰσχυρός. ἐννεαετής.*

CXX.

Apud Hesych. v. *μυσίκαρφι* legitur: *ὄνομα γάρ ἐστι μυσίκαρφος, οὗ μνημονεύει Ἀντιφάνης ὁ κωμικὸς, ὥς τινες δὲ τὸν Ἀντίμαχον* (sic enim legendum est pro *Ἀπολλοφάνης ὁ κωμικὸς* et *Ἀρχίμαχον.*). Quibus verbis significatur alios Antiphani, alios Antimacho vocem *μυσίκαρφος* adscripsisse. Eiusmodi autem discrimen ortum est ex prava alicuius libri scriptione, quum *ἀντιφάνης ὁ κωμικός* et *ἀντίμαχος ὁ κολοφώνιος* facile confunderentur. Utri vocem *μυσίκαρφος*, quae irrisoris notionem continet, addicamus, incertum est. — His adiungimus alia duo exempla commutationis Antimachi et Antiphanis.

CXXI. (Sch. 21. D. 26.)

Ἢ ὕκην, ἢ ἵππον, ἢ ὃν κίχλην καλέουσιν.

Athen. VII. p. 304. F. de hippo pisce: *Μνημονεύει αὐτοῦ Ἀντιφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ Θηβαΐδι λέγων οὕτως· Ἢ κ. τ. λ.* Schellenbergius praecedentibus Ionsio (de Scriptt. H. P. I, 7. p. 34.) et Bentleio (Epist. ad Mill. p. 460. ed. Lips.) vocem *Ἀντιφάνης* mutat in *Ἀντίμαχος*; sed quum versus cum heroici poematis natura minime congruat, et hoc fr. Antiphani adiudicaverim. Nam doctus quidam pro *Ἀντιφάνης ὁ κωμικός* per errorem legens *Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος*, additis *ἐν τῇ Θηβαΐδι* Antimachi poema celebratum supposuisse videtur. Quamquam pro certo et explorato hoc dicere non audeo; quae enim dicendi ratio in hoc versu est, ea multum habet similitudinis cum sermone didacticorum poematum, qualia sunt posteriorum temporum Halieutica, Theriaca, alia. cf. Nic. Ther. 574.

ἢ προκὸς, ἢ νεβροῖο, πάροιθ' ἀπὸ λύματα κόψας,
ἢ ἐλάφου νηδὺν, τὴν δὴ καλέουσιν ἐχῖνον sqq.

ibid. 400. 411. 537. 565. Alexiph. 87. et sexcentos alios eiusdem locos.

CXXII. (D. p. 51.)

φάγε δ' ὀπτὰ μύκητας πρινίνους.

Citantur in Cramer. Anecdd. III. p. 231. sub Antimachi nomine. *Μύκης καὶ τοὺς ἀμανίτας τοὺς περὶ τὰ δένδρα γινομένους, ὡς παρὰ Ἀντιμάχῳ· φάγε κ. τ. λ.* Ex metri natura perspicitur versum esse poetae comici. Apud Athen. II. p. 60. D. tribuitur Antiphani comico: *Ὀπτὰ μύκητας πρινίνους.* et *E. Εἰ — φάγοιμί τι, μύκητας ὠμοὺς ἂν φαγεῖν δοκῶ.*

CXXIII. (Sch. 20. D. 33.)

Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρίων.

Ne quid desideretur, his verbis, quae leguntur apud Apollod. III, 6, 8., locum hic concedimus, quamquam cavemus Antimacho tribuamus. Barthii enim ad Stat. Theb. II, 197. testimonium, in margine codicis Palat. Apollodori verbis adscriptum esse *Ἀντιμάχου*, sola nobis est auctoritas, quae quam infirma sit perspicitur. Huc accedit, quod verba, quae ita, ut cum hexametri numero prope congruant, temere et fortuitu composita videntur, prosam orationem nimis redolent. Quod removere studuit Mitscherlichius, Vir summe venerabilis, in Epist. Crit. p. 33. pro *ἵππος* Homericum Arionis epitheton *δῖος* (Il. XXIII, 346.) interponens. Vide Schwenck. in Mus. Rhen. 1843. II. 3. p. 464.

CXXIV.

Αἰνοδρυφὴς δὲ τάλαινα τεοῦ κάτα τυμβοχόησα.

Hunc versum, quem Apollon. de Pron. p. 356. C. sine auctoris nomine citat, Valckenar. ad Theocr. p, 324. B. fortasse Antimachi esse opinatur. Quod, quum Apollonius praeter Homerum Antimachi solius ex epicis poetis rationem habuisse videatur, non plane reiicimus.

CXXV. (Sch. 94. D. p. 51.)

EPIGRAMMA.

ΑΝΤΙΜΑΧΟΥ ΕΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ ΟΠΛΟΦΟΡΟΥΣΑΝ.

Τίπτε μόθων ἄτλητος Ἐνυαλίοιο λέλογχας,
Κύπρι; τίς ὁ ψεύστας στυγνὰ καθᾶψε μάτην
Ἔντεα; σοὶ γὰρ Ἔρωτες ἐφίμεροι, ἅ τε κατ' εὐνὰν
Τέρψις καὶ κροτάλων θηλυμανεῖς ὄτοβοι.
Δούρατα δ' αἱματόεντα μέθες Τριτωνίδι δίᾳ
Ταῦτα· σὺ δ' εὐχαίταν εἰς Ὑμέναιον ἴθι.

Anthol. Graec. IV, 12, 104. in Veneris armatae imaginem secundum Hom. Il. V, 428 sqq. compositum, cui in codice Palat. Antimachi nomen additum est. — V. 2. Planud. *μάταν*. V. 3. *αἵ τε-τέρψεις*. V. 5. Vat. *καθεσ* et V. 6. *σὺ δ' εὔχεται ἂν;* ed. Flor. *εὐχέταν;* reliquae edd. Br. *εὐχαίταν*. — Quum nusquam Antimachus inter epigrammatum scriptores memoretur neque ullum aliud eius carmen ista in Anthologia exstet, haud iniuria Antimacho illud epigramma addicere dubitamus. Antimachus cum Callimacho, cuius multa in Anthologia epigrammata leguntur, propter nominum similitudinem commutatus videtur. Nam et res tractata et dictionis genus et elegantia Cyrenaeo poeta digna sunt.

Schellenbergianae editionis frr. 32. 33. 47. ex Antimachi fragmentis eiicias; priora enim ex Cyclica Thebaide, tertium ex Epigonis Homericis sumptum est. Fr. 48. Schellenb. non Antimachi sed Archemachi est. Vide supra p. 15.

ANTIMACHI RECENSIO HOMERICA.

1) Il. I, 298. Antimachus, teste Schol. Bekk. B et L, cum editt. Massil., Argolic., Sinop. et Aristophane et Aristarcho legebat *μαχήσομαι*, cum alii maluerunt *μαχέσσομαι*. Vide de ea scriptura Heyn. ad Il. l. l.

2) Il. I, 425. Schol. Venet. Aristarchum dicit scribere *κατὰ δαῖτα ἀντὶ τοῦ ἐπὶ δαῖτα*, dum alii praeferrent *μετά*. Etiam in Massil., Sinop., Cypr., Antimachi, Aristophanis edd. inveniri *κατά*. *μετά* hoc loco erit ponendum, quod Aristarchum respuentes libri et edd. antiquae tenent. Vide Spitzner. ad Il. l. l.

3) Schol. Il. I, 598. *Ὠινοχόει· οὕτως οἰνοχόει Ἀρίσταρχος. Ἰακῶς. καὶ ἐν τῇ Ἀργολ. καὶ Μασσιλ. Ἀντιμάχου, Ζηνοδότου καὶ Ἀριστοφάνους.* Antimachus igitur cum Aristarcho et pluribus aliis tuebatur *οἰνοχόει*, quod recte in Homeri textu restituit Spitznerus. Vide quae dicit Thiersch. Gramm. Hom. §. 209, 21. extr.

4) Schol. Il. V, 461. *Τρωΐας δὲ στίχας· ἐν τῇ Σινωπικῇ καὶ Κυπρίᾳ καὶ Ἀντιμάχου Τρωΐας εἶχε σὺν τῷ ῑ, ὡς „ἵππους δὲ Τρωΐους* (Il. XXIII, 291.). *ἡ μέντοι κοινή, ᾗ συντίθεται καὶ Ἀσκαλωνίτης Τρῶας, ὡς Κᾶρας, καὶ τὸ ἑξῆς οὕτως· Τρῶας δὲ Ἄρης ὤτρυνε, στίχας μετελθών, ἀντὶ τοῦ περιβὰς τὰς στίχας· ἢ οὕτως· τοὺς Τρῶας μετελθών, ὁ Ἄρης τὰς στίχας ὤτρυνε.* Antimachus, id quod ex verbis allatis videmus, ut vulgaris adiectiva terminatio *ῑος* conservaretur, scripsit *Τρωΐας*, sive potius *Τρώιας*, quod est *Τρῳάς*. Vide Et. M. s. v. *Τρῳάς*.

5) Ad Il. XIII, 59. et 60. Schol. Bekk. *αἱ δὲ Ἀριστάρχου διχῶς· κεκοπὼς καὶ τετυφὼς — διχῶς Ἀριστοφάνης καὶ κεκοφὼς καὶ κεκοπώς· ἐν δὲ τῇ Χίᾳ καὶ Ἀντιμάχου κεκοπών.* Participium *κεκοπώς* critici propterea hoc loco addubitasse videntur, quod *κέκοπα*, perfectum secundum, vulgo passiva erat natura teste Etym. M. 754, 24. Itaque

Antimachus, ut ex ea difficultate sese expediret, aoristum sumpsit *κεκοπών*, quae forma nihil habet, quod offendat; permultos enim in Homero legimus aoristos, quibus reduplicatio praefixa est.

6) Schol. ad Il. XXI, 607. *πόλις δ' ἔμπλητο ἀλέντων, ἡ παρὰ Ἀντιμάχῳ καὶ Ῥιανῷ· πύλαι δ' ἔμπληντο ἀλέντων.* Quod urbis nomen repetitum offendebat (*ἄστυ, πόλις*), ad suum arbitrium Antimachus licentius *πόλις* mutavit in *πύλαι.*

7) Idem valet de Antimachi lectione Il. XXII, 336. *ἑλκήσουσι κακῶς* pro vulgari ac vera *ἑλκήσουσ' ἀϊκῶς*, quae praeferenda est scripturae *αἰκῶς.* Pro voce minus usitata substituit Antimachus apertiorem et Homero magis familiarem. Cf. cum hoc loco lectionem Antimachi, quam

8) Schol. ad Il. XXIV, 71. notat. Mutavit Antimachus Homeri verba *ἀλλ' ἤτοι κλέψαι μὲν ἐάσομεν* in *ἀλλ' ἤτοι κλέψαι μὲν ἀμήχανον*, propterea quod verbi *ἐᾶν* significationem omittendi et parcendi (quae etiam est Il. XXIV, 557. 569. XX, 311.) non cognovit, vel hoc loco reiecit.

9) Schol. Bekk. A ad Il. XXIII, 604. *οἱ δὲ* (sic scribe pro *αἱ δὲ*) *περὶ Ἀντίμαχον „νόημα νίκησε“ γράφουσι ἀντὶ τοῦ νόον*, et Schol. Victor. *νεοίη, νεότης· οἱ δὲ περὶ Ἀντίμαχον γράφουσι νόημα.* Stare debemus verbis Schol. Vict., loco vocis *νεοίη* semel dictae Antimachum posuisse *νόημα;* nam quamquam Antimachea totius versus lectio non elucet, tamen ex Schol. A verbis *ἀντὶ τοῦ νόον* extricare non licet, quem locum *νόον* vulgo in versu teneat, cum voci *νόημα* Antimachum dedisse. Scholii A verbis si quid tribuendum est, interpretationis tantum causa addita sunt. Heynii coniectura, *νέον νίκησε νόημα* Antimachum scripsisse, non est respuenda. Sed quoquo modo singula constituit, critici ratio aperte conspicitur. Aeque ac in Il. XXIV, 71., ut vocem Homero minus usitatam removeret et verborum perspicuitatem augeret, librorum auctoritate et fide neglecta vulgare intulit vocabulum.

10) Eiusdem rationis exemplum insigne conservant Scholl. ad Il. XXIII, 871.

Σπερχόμενος δ' ἄρα Μηριόνης ἐξείρυσε χειρὸς
Τόξον· ἀτὰρ δὴ ὀϊστὸν ἔχεν πάλαι, ὡς ἴθυνεν.

qui locus veteribus criticis magnas excitavit molestias. Dubitabatur enim, utrum suum quisque certantium habuisset arcum, an uno contendissent. Quarum sententiarum alteramutram sectantes verba diverse scripserunt et explicarunt. Auctor lectionis Massil. priorem illam tuebatur; Antimachus, cuius partibus etiam Aristarchus accessit, uno eodemque arcu Merionem et Teucrum usos esse haud perverse sumpsit. Schol. Venet. A. *ἐν τῇ Μασσιλ. Σπερχόμενος — ἐπεθήκατ' ὀϊστὸν Τόξῳ. ἐν γὰρ χερσὶν* (sic enim scribe pro *πᾶσιν*, secundum Schol. Victor. *ἐν χείρεσσιν ἔχε*) *ἔχε πάλαι, ὡς ἴθυνεν* (Emendatum servavit Eustath.). *ἐν δὲ* (scr. vel add. *τῇ*) *κατὰ Ἀντίμαχον οὕτως· — ἐξείλετο τόξον χερσίν. ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος διὰ τῶν ὑπομνημάτων ἐπειγόμενον βούλεται τὸν Μ. ἐκσπᾶσαι τῆς τοῦ Τεύκρου χειρὸς τὸ τόξον, καὶ γὰρ κοινὸν τῶν ἀγωνιζομένων αὐτὸν εἶναι, ὥσπερ τὸν δίσκον. τὸ δὲ „ἀτὰρ ὀϊστὸν ἔχεν πάλαι“ ἐπὶ τοῦ Τεύκρου* (scr. *Μηριόνου*) *ἀκουστέον.* Antimachi igitur lectionem scholiasta hanc dicit: *ἐξείλετο τόξον χερσίν;* sed quum consulueris Eustath. et Schol. Victor., Antimachum videbis scripsisse: *ἐξείρυσε Τεύκρου Τόξον· χερσὶ δ' ὀϊστὸν ἔχεν κ. τ. λ.*

11) Ad Il. XXIV, 753. *ἐς Σάμον ἔς τ' Ἴμβρον καὶ Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν*, Schol. Ven. B testatur Antimachum voluisse *μιχθαλόεσσαν*, quae vox = *ὁμιχλώδης* praeter Coluthum nusquam occurrit.

12) Eustath. ad Il. XXI, 397. Antimachi lectionem tradit *ὑπονόσφιον ἔγχος* pro *πανόψιον ἔγχος*.

13) Schol. Buttm. ad Od. I, 55. *Ὠγυγίην· ἐν τῇ κατ' Ἀντίμαχον Ὠγυλίην γράφεται.*

Haec sunt, quae sine dubio ad Homeri recensionem spectant; alia incertum est utrum ad Homeri recensionem, an

ad ipsius Antimachi poemata referenda sint. In quibus sunt Schol. Bekk. ad Il. III, 144. et V, 389. (Vide fr. 99. et 100.). Quae ibidem ad Il. XVII, 133. annotata sunt, ea de Homerica recensione dicta esse haud cunctanter statuimus. *Κατὰ δὲ τὸν Ὅμηρον μήπως τὴν λέαιναν σκυμναγωγεῖν εἴθισται, ἀλλὰ τὸν ἀρσενικὸν μόνον. — Ὁ δὲ Ἀντίμαχος ἐκ τούτου πλανηθεὶς φήθη καὶ τὸν ἄρσενα σκυμναγωγεῖν.* Eadem Eustath. ad Il. l. l. Wolf. in Epist. ad Schellenb. p. 121. „Zenodotus propter vocem *λέων* versus illos ex Homero eiectos volebat. Difficultatem tamen nec hic perquam docte Antimachus sustulit, cum dixit *καὶ τὸν ἄῤῥενα λέοντα σκυμναγωγεῖν.* In promptu erat, quod bene animadvertit Eustath., *λέοντα* pro *λέαιναν* dictum sumere, ad grammaticam rationem non id quidem satis accurate, sed ut in simili iunctura ceteris Graecis et prosaicis et aliis quoque linguis usitatum est; idque in Homero eo magis, quod feminina forma *λέαινα* serior est et apud poetam nondum obvia.“ cf. Gell. N. A. XIII, 7, 3.

De nonnullis aliis Homeri locis quid Antimachus senserit, ex verbis, quae in ipsius carminibus legebantur, perspicitur. Sic Il. I, 572. et 578. legebat *ἐπίηρα;* Il. II, 1. *ἥδυμος;* Il. II, 144. et XIV, 499. *φῆ;* Il. XI, 753. *διὰ σπιδέος πεδίοιο;* Il. XI, 512. *ἄργει;* Il. III, 197. *πηγεσιμάλλῳ ἀρνείῳ* arietem nigrum significari opinabatur.

CORRIGENDA.

p, 3. l. 29. scribe calumniatores.
p. 5. not. l. 13. scr. *Τμώλιον.*
p. 19. not. l. 14. scr. *ἑρμηνείας.*

INDEX VERBORUM ANTIMACHI.

(Nota numeri fragmentum significat.)

INDEX RERUM ET NOMINUM.